~~4° 590 c~~

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room



Polybij Hiſtorici de primo bello Punico Leonardo Aretino interprere. Libri tres.

Leonardi Aretini de tempo ribus ſuis Liber Vnus.

Plutarchi parallelia Guarino Veronenſi Paraphraſtę opuſculum aureum.



Venundantur ab Aſcenſio ⁊ Joanne paruo.

In Polybiũ de Primo bello Punico.

Leonardus Aretinus omnibus Polybii Hiſtoriæ ſtudioſis.S.P.D.

VEreor ne qui me putent antiqua nimium conſectari:ſi cõmenta-ria primi punici belli perſcribere:ac obſcuratam iam pridem illa-rum rerum memoriam:in hac demũ ætate noſtra reuocare in lu-cem aggrediar:Prẹſertim cum multa noua ſint:quorum noticia integrior extet:q̃ cum dignitate ac laude mandari poſſe litteris videantur.Mihi vero diuerſa penitus ſententia fuit.Quo enim antiquior erat res:quoq; interitui proximior:eo magis innouatio-ne indigere putaui.Vt frugi patreſfamiliæ inuetuſtis ædiũ face-re conſueuerunt.Eſſe vero nouiora quædam quæ mandari litte-ris cum dignitate poſſint non equidem inficias eo.Nec ſi quis eã ſibi laudem parauerit reprẹhendo:Verum quẹ tandem aduerſus me querela eſt:ſi vetuſta me:vt vina magis delectant?Equidem fateor non tam cupidus Orpheum:vt poetæ tradũt Euridices amore infernas adiiſſe ſedes:q̃ ego(ſi ſpes modo aliqua offeratur:antiquos illos prẹſtantiſſimos viros intuendi)ad vltimas penetrarim terras:quos quia oculis intueri nõ licet:quod ſecundum eſt:mente & cogitatione libens complector:Reſq; ab illis geſtas in quibus huius ſẹculi decus & gloria continetur omnibus eſſe cognitas q̃ maxime opto:quẹ mihi cauſa fuit hæc ipſa cõmentaria ſcribendi. Vt autem huius belli plenior notitia ſit ab ipſis vt ita loquar incunabulis ſcriptores eius:auctoreſq; recenſebo. Sic enim & ꝓpoſitum meum probabilius apparebit. Bellum punicum primum multi noſtrorum græcorumq; ſcripſerunt Præcipuẹ tamẽ auctoritatis Fabiꝰ pictor:vetuſtus ſane auctor ex nobilitate ro-mana.Eodemq; fere tempore Phylinus carthaginenſis grẹcis litteris idem bellũ explicuit. Quorum vterq; patriæ affectus ſuæ:ac ſtudio partium inductus:&ſi non circa rei geſtẹ ſe-riem circa belli tamen cauſas iuſtitiãq; exceſſiſſe modum putatur.Phylinũ deinde Polybi-us megalopolitanus annalium conditor ſecutus eſt:Fabium autem:e noſtris plures:ſed prẹ-cipue claritatis:Liuius patauinus romanæ pater hiſtoriæ:Cuius libri ſi extarent nihil opꝰ erat nouo labore.Cum vero hẹc pars operis eius interierit:nullaq; fere huiꝰ belli notitia no-ſtros apud homines haberetur:commotus ipſe ob maiorum noſtrorum gloriam:ne rerum tam præclare tamq; magnifice geſtarum memoria deperiret:quantum ſolerti lectione po-lybii cæterorũq; grẹcoꝝ cõſeq potui:Cõmẽtaria eius belli pro cõmuni vtilitate ſuffeci:illa moderatione adhibita:vt nihil quod non probatum a ſuperioribus eſſet:huic operi inſere-rem:& tamen non ab vno ſumerem vt interpres:ſed a multis ſumpta meo arbitratu refer-rem.Tempus autem huius belli vigintiquattuor annoꝝ fuiſſe cõſtat.primũq; in eo Roma-nos Italia cum exercitu egreſſos.Primum Claſſenſes:Primum etiam mari prœliatos.

Tabella in Polyb. de primo bello punico.

ACierũ Romanarũ & carthagineñ. ad pliũ iſtructio. xi.
Aemulatio militũ Ro. & Carthagineñ. dura. xvi.
Agrigentũ deſcribit obſidetur & capit. fo. iiii.
Antaricus gallorũ in Aphrica dux. xix.
Anxillas tyrannus. vii.
Armatorũ in Italia cõtra gallos numerus maxmus. Folio xxiii.
Arthemidorus ſiculorum dux iii.
Atherbalis ſtrenuitas. xiiii.
BAgradę ſerpens. Folio ix.
Barchę fo. xvi. & xx.
Bellum vide prelium & pugnam.
Belli ſtudium xi.
Bellum gallicanum xxi.
Bellum ſeditioſorũ in Carthaginem. xviii.
Benodes Cornelium cõſulem Romanum dolo capit vii.
CAlchidenſes. Folio vi.
Camerina vi.
Campanorum in Sicilia geſta folio iii. in principio.
Caſmenę. vi.
Carthaginenſium opes. fo. iii. Cędes ingens. fo. xiii. Trepidatio & anguſtię. fo. xvii. xviii. & xx.
Carthagineñ. egregia victoria & rerum recuperatio. xxi.
Carhalo dux xv.
Cenomani in Italia. xxiiii.
Claſſis Romana & Carthag. vii.
Claſſis ingentis conſtructio. foliis viii. xii. & xvi.
Claſſis Romana tempeſtate perit. xv.
Claſſis maxima deſcribitur xvii.
Clipea obſidetur & capitur. ix.
Conditiones pacis Carthagineñ. xviii.
Congolitanus vincitur. xxiiii.
Copię nauales magnę. xvii.
Copię terreſtres maximę. xxii.
Cornelius conſul dolo capitur. vii.
Corui nauales & eorum vſus ix.
Cumani vi.
Curius vincit gallos. xxii.
DRepanum capitur. Folio xvi.
Duces Carthagineñ. vt Hannibal Hãno Hamilcar. Himylco: Gliſco: videantur ſuis locis.
Ducum ſeditioſorum conſilium iniquũ in Gliſconem. Folio. xix.
Duces gallorum. xxii.
Duellii conſulis triumphus & prerogatiua. Folio vii.
EGuſa inſula. Folio xvi.
Elephanti formidoloſi Romanis & remedium in eos excogitatũ Folio xii.
Elephanti. cx. Capti. xiii.
Elinii vii.
Eryx mons & vrbs Siciliç. xvi.
Expeditio prima Romanorum extra Italiã. Folio iiii.
Exercitus longe maximus. xxiii.
FAmes dira. Folio xx.
Flaminii victoria. xxiiii.
Fœdera tria Romanorum & Carthaginenſium. x.
GAlli Romanis bellum mouent. folio xxi.
Gallię duę deſcribuntur. ibidem.
Galli vincunt. xxiii.
Galli vincuntur. xxiiii.
Galli tranſalpini etiam victi. ibidem.
Gelas fluuius & Gelo dux vi.
Gliſconis conſilium. xvii.
Gliſconis nefandum ſupplicium. xx.
HAmylcar barcha. Folio xvi. Vincitur. ibidem. Fit in ſeditioſos dux. xviii.
Vincit egregie. xix.
Hamylcaris cum Hannone concordia. folio xxi.
Hanno fit dux contra ſeditioſos milites folio. xvi. Vincit eos. folio. xviii. Vincitur ab eis. ibidem.
Hannibal dux in primo bello punico vincitur. folio vii Et a ſuis in crucem tollitur. Folio viii.
Hannibal alter cruci ſigitur a ſuis ob rẽ male geſtam. Folio xxi.

Tabella in Polyb. de primo bello punico.

Hieronis ad regnũ affectatio & in veteranos ſtratagema. Folio iii.
Hiero victus a Romanis pacẽ accipit: & fidem eis fœliciter ſeruat. iiii.
Himilconis virtus & concio. xiii.
Illyrii domantur a Ro. xxi.
Inſubres ſubiguntur xxiiii.
Italus rex Folio vi.
Iunii ducis conſilium. xvi.
Lanus Folio vi.
Legati de pace x.
Lylibeus deſcribitur vi. obſidetur. xiii. Capitur. xiiii.
Marcus Attilius vide Regulus.
Mamertini. Folio iii.
Matho & Spendius ſeditionẽ excitant in Carthagineñ. xvii.
Matho victus ſuſpenditur. xxi.
Mediolanũ deditur Romanis xxiiii.
Melchidę vii.
Mercurii promontorium ix.
Meſſana capitur iii.
Metelli ſtratagema ad elephantos repellẽdos Folio xii.
Militũ Carthagineñ inſolẽtię & ſeditiones Folio xvii.
Mytinix xii.
Naues Romanorum vii.
Nauales pugnę. fo. viii. ix. xi. xiii. xiiii. xv. & xvii.
Naufragium maximũ. xii.
Naxus. vi. Nerua. xix.
Nudi in bello galli. xxiii.
Origo belli punici. Folio iii.
Opima ſpolia de Viridomaro gallorum duce detracta & quoties ſint oblata. xxii.
Pacis Carthaginenſibus datę conditiones. xvii.
Pachinus & Pelorus vi.
Pręlium atrox. v. viii. xi. xiii. xiiii. xvii. xx. & xxiii.
Proditores Carthagineñ. xiii.
Ratibus ante nauiũ fabricationem vtitur Claudius iiii.
Regium capitur. Folio iii.
Reguli geſta. ix. Captio. xi.
Romã miſſio: reuerſio & ſupplicia xiiii.
Rerum mutatio. xi.
Rhodii nautę audacia. xiiii.
Romanoꝝ in parãda claſſe animoſitas. vii.
Romanorum error. xiiii.
Romani vincunt. v. x. xi. xvii. xxi.
Romani vincuntur. xv.
Seditio in Ro. exercitu. viii.
in Cartha. xix.
Senones qui Romam ceperũt qui fuerint. Folio xxi.
Serpens apud Bagradam. ix.
Sicilia & ſiculi ac Sicani. v. & vi.
Signa aurea gallorum. xxiiii.
Syracuſę & Segeſta. vi.
Spendius & Matho ſeditionem excitant in Carthaginem. xvii.
Spendii fraus. xix.
Spendius ab exercitu traditur. xx.
Stratagema Hieronis iii.
Stratagema punicum. v.
Supplicia Carthagineñ. dira xx.
Tempeſtas valida. xiiii. xvi.
Tenta regina. xxi.
Times oppidũ pro quo Tunes legendum videtur Folio xvii.
Tibię duellio conceſſę. vii.
Trinacria. v.
Triarii. viii.
Triumphus de gallis. xxiiii.
Tumultus Romę. xxii.
Veneti Folio xxi.
Veteranorum clades ab Hierone procurata. iii.
Viridomarus Gallorum dux occiditur/& ſpoliatur. xxiiii.
Virtus Romanorum. iiii. viii. & ix.
Vltio inſignis iii.
Xantippus Lacedęmonius. xi.
Zancla vrbs. Folio vii.

Finis Tabellę in Polybium.

Polybius Hiſtoricus de primo punico bello ex græco in latinū traductus per Leonar
dum aretinum virum elegantiſſimum. Fœliciter incipit.

LIBER PRIMVS.

ORIGO Primi punici belli quod populus Romanus aduerſum Cat — Origo bel
thaginēſes terra: mariq; enixiſſime geſſit: Ex Mamertinorum in ſi — li punici
cilia nouitate prorupit: de qua dicere aggrediemur Paulo altius — primi.
pro rerum natura repetētes. Cāpanorum magna olim manus ſub — Campani
Agatocle duce in ſicilia militauerat: Hi meſſanæ ſitum: & opulen — Mamerti
tiam admirati: & cupidine eius potiundæ capti: de occupanda Vr — ni
be conſilium ineūt: Per amicitiā: ergo intra mœnia recepti: vt pri= — Meſſana
mū tēpꝰ rei patrandæ viſum eſt vrbē amicā & fidei eorū creditā ex — capitur
compoſito inuadūt. Ciues nil tale opinantes ſubita cæde adorti:
magna ex ꝑte trucidant. Reliquos vrbe agroq; depellunt. Matres
familias & virgines vt cuiuſq; libido fuit: itē ꝑdā & agros inter ſe
partiunt. Ita faciliter pulcherrimę: opulentiſſimęq; vrbis compotes facti in ea conſederūt: Hu
ius impuniti ſceleris haud longe poſtea imitatores reperti ſunt: in reginorum vrbe meſſanę ꝓ
pinqua: Quo. n. tempore Pyrrhus epyrotarū rex in italiā primo: mox in ſiciliam copias tradu=
xit: Conterriti Ciues regini ob regis aduentum: populi romani ꝓſidium poſtularunt. Miſſa ab — Regiū ca
romanis legio vna vrbē aliq̄diu tutata eſt: fideq; erga ſocios religioſe ſeruauit. Sed cū longior — pitur
acceſſiſſet mora exemplo mamertinorū pellecti: vrbem & ipſi inuadunt. Ciues alios cædunt:
alios pellunt: fortunas reginorum inter ſe partiuntur: Vtq; maleficio coniuncti erant: ſic etiā
ſocietate & fœdere cū mamertinis iunguntur: Has reginorū calamitates: &ſi grauiter ferebat
populus romanus: tamen q̄diu bellum viguit diſſimulādo quieuit. Confecto autem bello &
victoria parata romani ſcelus militum ſuorum vlciſci properantes: regium obſederunt: ac tā=
dem expugnauerunt. Ad quattuor milia militū tanti facinoris conſcia intus erant: Eorū ma= — Vltio in=
xima pars dū acrius ob metū ſupplicii reſtitit: in ipſo ardore captæ vrbis per iram cęſa. Trecen — ſignis.
ti ſolum viri in poteſtatem redacti qui e veſtigio romam miſſi in foro virgis cœſi: & ſecuri per=
cuſſi ſcelerati facinoris pœnas dedere. Vrbs & agri itemq; cætera prius amiſſa reginis qui a
cæde ſuperfuerant a romanis reſtituta. Et regii quidem occupatores hunc finem habuere. Ma
mertini vero: (ſic enim ſeſe nūcupabant:) Campani qui meſſanam inuaſerant: q̄diu legio ro
mana regium poſſedit auxilio eius freti: aduerſus Siciliæ ciuitates ſe facile tutabātur: Oppreſ
ſa mox legione & vrbe reginis reddita deſtituti eo auxilio: in maximas difficultates & ipſi inci
derunt ex huiuſmodi cauſa. Non multum ante id tempus Syracuſanorū copiæ aduerſus eos
qui rem publicam tenerent infenſæ: duces per ſeditionem ſibi creauere: Arthemidorum: & hie — Arthemi
ronem: qui poſtea rex fuit. Is erat tunc admodum aduleſcens: Cæterum ſublimis animus: & — dorus &
generoſa quædam indoles in aduleſcente eminebat: Qui cura exercitus ac rerum gerendarū — Hieron.
ſuſcepta: cum tandem in vrbem ſtipatus armatorum cateruis introiſſet. ac ciues diuerſæ fa=
ctionis in eius veniſſent poteſtatem Ita clementer ac modeſte victoria vſus eſt: Vt populꝰ ſy=
racuſanus &ſi plurimum infenſus iis quę exercitus per ſeditionem fecerant: tamen conſpecta
hieronis virtute: eandem poteſtatē aduleſcenti tribuere. Hieron igitur exercitus primo mox
& Syracuſani populi honore ſublatus: confeſtim maiora animo concipere cœpit: quod ab ini=
tio conſiderantibus ex actis eius non erat obſcurum. Principio enim vt quotiens opus foret co — Hieronis
pias in expeditionem educere. ac ipſe abeſſe ſine metu poſſet: Leptinem virum potentem do= — ad regnū
mi & multitudini pergratum accepta in matrimonium eius filia ſibi ſocerum aſciuit. Sic em̄ — affectatio

ſidum vrbanarum rerum parauit cuſtodem: nequis per abſentiam eius inſurgere: aut multitu
dinem ſollicitare poſſet: Hęc domi profuſa: foris autem cum ſciret copias ſyracuſanorum (cō-
ductus miles hic erat) ſeditioſas eſſe: rerumqꝫ nouarum auidas callido conſilio in mamertinos
educit: non longe a centoripa cum obuiam haberet: hoſtis conductum militem omnemqꝫ ve-
Stratagema — teranum exercitum in fronte locat. Ipſe cum Syracuſanis equitibus vrbaniſqꝫ copiis longius
ſubſtitit: quaſi alio itinere: hoſtes aggreſſurus: hanc itaqꝫ falſa auxilii fiducia circūueniri ab ho
ſtibus primam aciem paſſus: vbi eam cædi plane vndiqꝫ & interceptam conſpexit: Ipſe diuerſo
itinere abiens: Syracuſanos incolumes omnes reduxit. Conductorum vero militum aciem in
medio hoſtium trucidandam reliquit. Quę pene ad internecionem cęſa eſt: ac ſeditioſus quiſ-
Veteranorū ſtrages. — qꝫ vt voluerat in ea pugna necatus. Liberatus per hunc modū veteranorum moleſtia: nouo ac
fido milite reparauit exercitum: ac vbi omnibus rebus ſatis ſtructus paratuſqꝫ viſus eſt: In ma
mertinos ſuperiori victoria elatos expeditionem non amplius ſimulatam inducit. Profectuſ-
Mamertinorum clades — qꝫ cum his copiis ad longanū amnē: ingenti p̄lio cum Mamertinis conflixit. In ea pugna opti-
mus quiſqꝫ Mamertinorum oppetit: plęriqꝫ eorum duces in poteſtatem hieronis viui peruene
runt. His rebus cum ſyracuſas victorem exercitum ſumma gratulatione omnium reduxiſſet:
hiero rex — haud dubio fauore ſyracuſanorum ſociorumqꝫ rex appellatur. Factus igitur per hunc modū
rex: hoſtes maiori nixu premebat. Mamertini vero primum romanę legionis auxilio vt ſupra
oſtendimus deinde hoc graui p̄lio afflicti: quoniam hieronis potentiæ ſe reſiſtere poſſe diffide
bant: diuerſo conſilio alii ad carthaginenſes confugiebant: eorumqꝫ quidam pręſidium tutelę
gratia in arcem induxerant. Alii ad populum romanum conuerſi vt ſe vrbemqꝫ ſuſciperet pre
cabantur. Et pręualebat ſane apud Mamertinos romani populi nomen: qꝫ ipſi italici generis or
ti noſtris potiuſq̄ externis ſalutem ſuam creditam volebant. At romanis perabſurdum primo
videbatur: qui modo in legionem ſuam ob occupatum contra fidem regium tam ſeuere ani-
maduertiſſent eos mamertinis eiuſdem ſceleris affinibus opem ferre. Itaqꝫ peracta aliq̄diu res
eſt in ſenatu: variantibus patrum ſentētiis. Tandē quia honeſtas aduerſus vtilitatem pugna-
re videbatur: rem infectam ſenatus dimiſerat. Non deſtiterunt tamen. Mamertini q romam
venerant: precari ſed fautoribus quibuſdam freti: rem ad plebem detulere: peruicitqꝫ tandem
Carthaginē. opes. — apud multitudinem vtilitatis ratio: Periculoſum enim viſum eſt: vrbem tam propinquā car-
thaginenſibus abiicere: grauemqꝫ eorum vicinitatem ſuſpicabantur fore. Iam eñ plus nimio
carthaginenſium patebant opes quippe non affrica modo: ſed etiam quędam hiſpanię loca vi
& armis ſubacta carthaginēſium parebant imperio. Inſulæ pręterea omnes ſardonii tyrrheni-
qꝫ maris Magna inſuper ſiciliæ pars carthaginēſium erat. Venturam autem totam in eorum
poteſtatem niſi quis Mamertinis auxilium ferret: haud ambiguum putabatur. Meſſana enim
ſuſcepta confeſtim aduerſus ſyracuſanos nequaq̄ potentia pares bellum erant geſturi: ac bre-
ui tempore quicquid reliquum erat ſicilię ſubacturi. Hæc igitur cogitans. po. ro. ac neceſſariū
ſibi ratus Meſſanam ſeruare. ne a carthaginenſibus vndiqꝫ Italia cingeretur. Neu quaſi pon-
tem quendam ad inuadendum haberent: Auxiliandum Mamertinis decreuit. Cum ergo id
placuiſſet Appius Claudius Conſul traducere copias in ſiciliam: & Mamertinis opem ferre
Præfectꝰ carthaginēn. eiicitur & cædit a ſuis — iuſſus profectionem parabat. Mamertini autem de populi romani decreto certiores facti: car-
thaginenſium p̄fectum qui in arce poſitus erat in cautum circunſiſtunt: cumqꝫ vna cum pręſi
ſidio vrbe deiiciunt. Poſt hæc iam liberius Conſulem ro. per crebras litteras ac nuntios conuo
cant. At Carthaginēſes: poſtq̄ intellexerunt præſidio eorum a mamertinis pulſo romanos
vocari: ira ſimul & indignatione accenſi: pręfectum præſidii: qꝫ eius culpa atqꝫ ignauia arcem
amiſiſſent: in crucem ſuſtulerunt: Mox raptim coactis copiis mari & terra aggrediuntur: Claſ-
ſe quidē ad pelorum ſtatione poſita. terreſtribus autem copiis: haud procul meſſana caſtra

metati vrbem premebant: Acceſſit quoq; ad Carthaginenſium violentiam Hieron ſyracuſanus: qui tempus plane adeſſe ratus: quo Mamertini veteres hoſtes penitus delerentur inito cũ Carthagineſibus fœdere: ac ſocius belli factus: ſuo & ipe milite: ſuiſq; caſtris alia ex parte Meſſanam obſedit. Ita binis per terram hoſtium caſtris mari autem claſſe Mamertini obſidebãtur: Inter: hæc Appius Claudius Conſul. ratibus ex neapolitanis: acceptis ſociorum maritimis ciuitatibus. (Nondum enim po. ro. Claſſem vllam habebat) ex plebeſcito acceptis: per ſilentiũ noctis exercitu impoſito Meſſanam aduehitur: traiectoq; celeriter freto incolumes omnes copias ante vrbem exponit: Hęc prima exercitus populi ro. profectio extra Italiam fuit: primuſq; mari ingreſſus. Cum ad eam diem cætera omnia bella intra Italiam geſſiſſet. quingenteſimũ iam poſt vrbem conditam annum: in hætruſcis & ſamnitibus: cęteriſq; finitimis populis domitandis occupatus. Expoſitis ergo in ſicilia copiis: & intra meſſanam vrbem inductis: conſul nec tutum ſibi exercituiq; nec ſatis e dignitate populi ro. obſidionem perpeti rat⁹ (quippe nõ terram modo verum etiam mare vndiq; hoſtis habebat vrbiq; imminebat) Cõmeatus omnes intercludebat. pace primo res componere ſi qua poſſet: ea vero ſi negaretur ferro: q̃ primũ decernere decreuit. Maxime vero e dignitate populi ro. viſum eſt ante omnia de pace agere. Nã fœdera cum Carthaginenſibus ſępius ad eam diem renouata extabãt: per quæ & ſi licebat populo romano Mamertinos in amicitiam fidemq; ſuſcepiſſe: tamẽ humanum videbatur pacẽ nihil pręſertim habituram nocumenti offerre: Seruata enim mamertinorum libertate: Syracuſanis item in ſuis finibus conſiſtentibus minus erat. po. ro. Carthaginenſium formidanda potentia. Miſſis igitur ſuper his ad Carthaginenſes: Hieronemq; legatis: Cum vtriq; pacem longe aſpernarentur (quod reliquum erat) Conſul milites cohortatus aduerſus hieronem & ſyracuſanos educit. Nec hieron quidem detractauit certamen. Sed obuiam Conſuli egreſſus acie ſtructa dimicauit. Pugnatum eſt aliq̃diu æquo marte. Tandem vero prælii exitus fuit. Vt romani victores magna parte hoſtium cæſa: regem nudatum pœne omnibus copiis: vſq; in caſtra perſequerentur. Compulſis in caſtra hoſtibus: romani ſpolia legerũt & in vrbem ſe receperunt. Hieron autem metuens non Caſtrenſibus modo: Verum etiam vrbanis rebus: proxima nocte deſertis caſtris ſyracuſas conceſſit: Carthaginenſes quoq; auxilio hieronis nudati percuſſiſq; metu militibus: & virtutem romanorum plus æquo formidantibus: ſoluta confeſtim obſidione: non vltra caſtris fidem habentes per Sicilię vrbes: quæ ipſorum in fide erant diuiduntur. Conſul paucis poſt diebus hoſtium agros cum legionibus ingreſſus: vſq; ad ſyracuſarum mœnia longe lateq; populatus omnia. Vbi nemo obuiam prodibat. meſſanam copias reduxit. Hęc vt geſta erant per litteras conſulis romę nunciata: maiori ſpe patres plebem q; extulere ad bellum ſiciliæ capeſſendum. Itaq; M. Valerium: &. C. Octacilium ſequentis anni conſules cum duobus conſularibus exercitibus: magniſq; ſociorum auxiliis: in Siciliam mittunt: Aduentu horum conſulum quoniam præter ſuperiorem victoriam duplicatum populi romani exercitum duoſq; conſules pro vno verſari in ſicilia conſpiciebant: Plęręq; mediterranee ciuitates: quæ in fide carthaginenſium fuerant: ad romanos defecere. Hieron autem ſicilię populos metu perculſos: & ſimul hoſtium vires auctas cernens: multis rationib⁹ pręſtare duxit (ſi qua fieri poſſet) romanorum partes ſectari. Qua cõſideratõe inductus miſſa ad Cõſules legatione agere de pace cœpit. Cõſuleſq; viderẽs q; oẽs ſicilię portus carthagineſiũ erãt nequando intercludi commeatus poſſent ad eam rem per opportunam ſyracuſanorum amicitiam rati: oblationem regis non inuiti acceperunt. Tandem vero pax hieroni his ferme conditionibus data. Vt rex captiuos omnes romanorum ſociorumq; ſine precio dimitteret. Vtq; talenta inſuper argenti centum romanis penderet. commeatus exercitui auxilia ad bellum ſubminiſtraret. Ipſe rex ſocius & amicus populi romani appellaretur. Has conditiones ro-

Ap. Claudius ratibus vſus.

Expeditio prima Ro. extra Italiã

Legati de pace.

Hiero vincitur.

Conſules Romani i Siciliam.

Pax Hieroni data.

mam delatas populus romanus iiſdem quibus conſules rationibus motus & ſimul quia ma-
Hieronis gna pars belli ſublatum iri videbatur cupientiſſime confirmauit. Poſt eam pacem hieron com
fides & fę meatus & auxilia quotiens opus fuit ſubminiſtrando in populi romani tutela: vſq; ad finē vi-
licitas tæ fœlix maxime gręcorum oīm fortunatuſq; regnauit. Carthaginenſes vero cū intuerent hie
ronem ſyracuſanorum regem mutata fortuna hoſtem ex ſocio factum: romanorum autem in
dies nomen augeri. Validiori ad reſiſtendum potētia opus eſſe rati: lygures & gallos magna
multitudine plures & hiſpani generis in ſupplementum ſcripſere. Quibus in Siciliam tradu-
Agrigētū ctis: Agrigentū ſedem belli: caputq; ſuarum rerum in Sicilia conſtituūt. opportunitate vrbis
pellecti ꝙ ea maxime in fronte aduerſus hoſtes capaciſſima multitudinis & munitiſſima erat.
In hanc igitur vrbem contractis vndiq; copiis magnaq; vi importata horreo ſimul ac belli ar-
ce aduerſum romanos vtebantur. M. Valerius & C. Octacilius conſules fœdere cum hierone
icto & ciuitatibus quæ a Carthaginenſibus defecerant in fidem acceptis: nihil aliud fere me-
Conſules moria dignum in Sicilia cum geſſiſſent: circumacto anno e prouincia deceſſere. Poſt hos crea-
ti Conſules. L. poſthumius & Q. ęmilius in ſiciliam veniūt: hi ſuſceptis ab anteceſſoribus co
piis: primo aduentu: demum adminiſtrandi belli cum inter ſe conſultarent: placuit audacius
ꝗ ſuperiores fecerant conſules incumbere: nec iam leuia conſertando aut diuiſo pluribus lo-
cis bello: ſed ambos ſimul conſules omnibꝰ ſuis copiis: Agrigentum ipſum pœnorum caput
ac belli arcem inuadere: vt ſiue non recuſaret hoſtis confeſtim inirent pugnam: ſiue recuſaret
incluſum mœnibus obſiderent: Profecti igitur eo conſilio agrigentum copias admouerunt.
Agrigen Carthaginenſes autem munitionibus vrbis confiſi: ac totius rei diſcrimen ſubire non auſi an-
tū obſide te mœnia militem continebant. Nec aduentantibus romanis copiam pugnādi fecere: Conſu
tur. les igitur non longius nouem ab vrbe ſtadiis caſtrametati cum poſteris diebꝰ hoſtes intra mœ
nia crebris præliationibus compuliſſent obſidere vrbem pergunt. Non ignari magnā vim fru
menti a pœnis iam antea congeſtam: ſed confiſi ꝙ amplius quinquaginta hominum milia in-
tra mœnia obſidebantur: eam multitudinem ꝗuis magnam vim annonæ videri abſumptu-
ram. Cœpta igitur obſidione: & aliquādiu iam protracta cum per ſingulos ferme dies inter ſta
tiones romanorū & mœnia vrbis: leuia duntaxat prælia fierent: nec hoſtes qcq̄ amplius moli
turi crederentur: accepta eſt pœne quodam die inſignis calamitas: Maturę ſegetes erant. Mi
les ꝙ diuturnam obſidionem ſuſpicabatur fore frequentior egreſſus ad ſegetum raptus pro-
Hāniba- perabat. Studium rei frumentariæ vacuefecerat pœne caſtra: Vagus per campum eques ſi-
lis callidū ne ordine ſine duce volitabat. Hæc conſpicatus Hannibal Carthaginenſium dux. (Is enim a-
conſiliū grigento: copiiſq; præerat) magnam in ſpē venerat omnem romanorum exercitum ea die op-
primi poſſe. Itaq; armari extemplo copias iubet Vrbeq; repente egreſſus: non leuibus: vt
ſolebat præliis: ſed iuſta acie in ſtationes romanorū defertur. Oppreſſis ſubito impetu ſtatio
nibus: magnaq; cęde edita pars in caſtra eodem impetu ruens foſſas implere: valluq; reſcinde
re cœpit: pars in frumentatores vagos: palanteſq; delata magnam per campos cędem edebat:
& in caſtris quidem ęgre reſiſtebatur. In campis vero pulſi romani nuſꝗ conſiſtebant: Pœnus
Virtꝰ ro. victor vbiq; inſultabat. Sed virtus profecto cum ſæpe alias tum maxime ea die rem romanam:
tutata eſt: Cōſules eñ cum pluribus ſimul locis vallū reſcinderetur: nec defendere caſtra poſ
ſent: eruptione ſubito facta: non ſolum hoſtes auertere a vallo: ſed eos inſecuti procul fuga-
runt. Et qui per campum agebantur eruptione ſuorum intellecta recurrere ad caſtra cœpe-
runt. Itaq; reparatis viribus numeroq; adaucto: pœnos qui caſtra oppugnauerant vſq; ad mœ
nia perſequuntur. Inde in eam partem quę palantes inuaſerat conuerſi totis campis præcipi-
tē agūt. Cædes ea die romanorum pœnorūq; tanta fuit quippe vterq; inuicem victor vi-

ctuſq; extiterat: vt iuſta vtrinq; acie pugnatum videretur. Cæterum tantus vtroſq; metus ex huius diei periculo inuaſit: vt neq; conſules poſthac temere militem abire frumentatū paterentur: neq; Carthaginenſes impetum in caſtra romanorum amplius facere auderent. Itaq; æquato vtrinq; metu aliquandiu quieuerunt. Cum itaq; hi qui obſeſſi erant non amplius in romanos exirent. Conſules diuiſo exercitu: alter ad Aeſculapii templum: alter diuerſa regione vrbis ex ea parte quæ ad heradiam ſpectat caſtra mouere: ide ab imis caſtris ad altera caſtra duplici vallo: & foſſa ab vtraq; parte vrbem cinxere: per media autem loca crebra caſtella excitarunt: ac præſidiis militum firmarunt. Cōmeatum exercitui romano ſociæ ciuitates in herbeſum oppidum ſummo ſtudio congerebant. Ex eo rurſus oppido (Neq; enim longe aberat) milites percommode receptum ferebant in caſtra Quinq; per hunc modum menſes romani Carthaginenſeſq; manſerunt: neutram in partem re inclinante. Tandem vero cum neceſſaria propter ingentem multitudinem breui defutura apparerēt: Hānibal penes quē ſumma imperii erat: rebus iam diffidens crebris litteris Carthaginem miſſis circūuallationem vrbis: & rerum neceſſariarū defectum quo obſeſſi premebantur nunciabat: auxiliumq; ferre monebat. Quibus tandem litteris permoti carthaginenſes: magnum exercitum magnūq; elephantorū numerum in Siciliam trāſmiſerunt: Hānoneq; cum his copiis ferre obſeſſis auxilium iuſſerūt hinc iam duriſſima obſidentium conditio reddebatur. Nam ſi Hannoni nouoq; exercitui obuiam procederent: obſidio tam diu protracta: ac iam pene ad extremum producta irrito labore erat deſerenda: Sin perſtarent in obſidione Hāno cum exercitu vagari impune per ſiciliam ſocias ciuitates opprimere commeatuſq; īpedire poterat Re in conſilio diſcuſſa: placuit tandē conſulibus haud quaq̄ abſcedere: Sed quaſuis difficultates vt vrbe potiantur perpeti. Hāno igitur cum his copiis quæ nouiter delatæ in ſiciliam fuerant: apud eridiam conſtitit: Ibi intentus rebus gerendis cum omnia ſagaciſſime ſcrutaretur: ſi qua ſoluere obſidionem valeret: tandem Herbeſum oppidum quod horreum exercitus populi romani ad eam diem fuerat: ꝑ proditionem recepit: facultatem que commeatū romanis ademit. Cum nihilominus perſtarēt in obſidione cōſules ſtatuit hāno quo magis facultatem importandi commeatus præcideret: Caſtra propius admouere. Itaq; herbeſo profectus aduerſum caſtra romana exercitum duxit. Anteq̄ in conſpectum veniſſent numidas equites ad laceſſendum irritandūq; hoſtem præmittit. Ipſe cum elephantis quinquaginta ac reliquo exercitu ſequebatur. Numidæ igitur vt præceptum erat: q̄ tumultuarie ad caſtra delati: cum equitatum omnem in ſe concitaſſent: ſimulata ſubinde fuga: terga verterunt: romanoſq; audacius inſecutos in ipſum venientem Hannonem præcipites traxere. Hic repente omnia pœnorum agmina in romanos equites circunfunduntur: multoſq; interficiunt. Reliqui effuſo curſu caſtra repetere coacti ſunt. Hanno vſq; ad ipſa prope caſtra fugientes inſecutus: tandem reuocatis ſuis in colle qui toros dicitur non longius fere q̄ mille paſſibus ab hoſte caſtrametatus: commeatum importari omnino prohibebat. Ex quo plane accidit non magis poſthac. ab romanis carthaginenſes: q̄ romanos ipſos a carthaginenſibus obſideri. inter vrbem enim & caſtra Hānonis incluſi: inuicē premebār: & premebātur: nec difficultas ſane rei frumētariæ diſpar. Quipppe paruo admodum cōmeatu: ab hierone ſyracuſanoq; rege: atq; ipſo cū ſūmo diſcrimine ſuſtētabantur: q tamē nō nunq̄ ſic deficiebat impediente Hānone: adituſq; intercludente: vt demū ea vi coacti cōſules deſerturi obſidionē viderent. Nec ſolū cū rei frumētarię defectu verū etiā cū ipſis ꝑpe diis ab romanis pugnatū. Tanta enim peſtilentia exercitū inuaſerat: vt cateruæ languētiū paſſim iacerēt: magnus defunctorū numerus per ſingulos dies efferretur: Id vero grauitate cæli ꝙ loca ſunt plaraq; in ea regione paluſtria & diuturniori exercitus incubatione ꝑ autumni tem-

Herbeſū.

Inſtaurātur pœnorū copię.

Herbeſū recipitur.

Secuta gema punicum

pus euenire conſtabat: peruicit tamen in his difficultatibus ferocia conſulum: qui cuncta du-
ra atqꝫ aſpera ferre: potiuſq̄ irrito conatu deſiſtere conſtituerant. Et Hãno quidem pœnuriam
ac peſtilentiam qua hoſtes premebantur cernens copias in aciem non deducebat ſperans con
ſules tandem neceſſitate coactos obſidionem ſoluturos. Leuia tantum prælia per ſingulos fe-
re dies inter vtraqꝫ caſtra promptiſſime edebantur. Duobus menſibus per hunc modum ab-
ſumptis cum ſupra ſpem obſtinacius Romani perſtarent. Et Hannibal multis atqꝫ crebris per
noctem ignibus neceſſaria in vrbe deficere: nec multitudinem perpeti famem poſſe ſignifica-
ret: Permotus tandem his de cauſis Hãno: & ſimul quia fame atqꝫ morbo maceratos romanos
facile ſuperari poſſe confidebat: in aciem copias eduxit. poteſtatemqꝫ pugnandi fecit. Nec ſa-
ne conſules nimis coacti ob eas quas ſupra retulimus difficultates pugnare cupiebant. Itaqꝫ vt
aciem hoſtium ſtructam conſpexerunt: parte copiarum ad reprimendum obſeſſos ſi qua per-
Pręlium atrox. rumpere conarentur: relicta: cæteram multitudinem aduerſus Hãnonem educunt. Signo da
to cum acriter inter ſe concurriſſent: prælium diu atrox fuit Tãdem romani maiori conatu ad
nixi primam Carthaginenſium aciem loco mouerunt: motamque in elephantos præcipitem
egerunt: belluæ vero conteritæ in ſuos ruentes: tota agmina turbarunt: per eorum ſtragem
ſubſecuti centurionem ac ſigna acrius inferentes ad extremum terga vertere pœnos coege-
Ro. vicẽt. runt. Profligatoſqꝫ inſecuti magnam eorum partem interfecerunt. Hãno cum reliquis effuſiſ
ſima ad heracliam fuga ſe recepit. Conſules elephantis fere omnibus qui prælio interfuerant
captis: hoſtium inſuper expugnatis caſtris commeatu & impedimentis direptis: pleniſſima
deniqꝫ victoria potiti: in caſtra copias reduxerunt. Nocte quæ inſecuta eſt cum propter ingẽ-
tem lętitiam vt in magna victoria euenire conſueuit: tum etiam propter laborem ſuperioris
prælii negligentius ab romanis cuſtodiæ fierent: Hannibal deſperatis rebus tempus ad ſalu-
tem ſuam ſuorumqꝫ aptiſſimum ob eas quas ſupra diximus cauſas coniectatus intempeſta
Hãnibal elabitur cum ſuis. nocte cum his copiis quas agrigenti habebat egreſſus: ad munitiones hoſtium cum ſilẽtio per
uenit: ibi idoneũ nactus locum faſcibus manipuliſqꝫ palearum æquatis aggeribus: nemine pe
nitus ſentiente. cum ſuis omnibus incolumis euaſit. Id tanto ſilentio factum eſt: vt non pri-
us e romanorum caſtris quiſq̄ ſentiret: q̄ iam plane diluceſceret. Sub primam vero lucem cum
id romani factum intellexiſſent: inſecuti hoſtium veſtigia paucos tardius iter facientes poſtre
mo agmine interfecerunt. Mox reuerſi ad caſtra ad vrbem capiendam nullo iam repugnante
Agrigẽtũ capitur contẽdunt. Signa portis infeſta inferunt. Exercitum omnem intra mœnia inducunt. Vrbem
locupletem et omni præda refertam diripiunt. Septimo tandem mẽſe poſtq̄ obſideri cœptũ
erat: in populi ro. poteſtatem agrigentum peruenit: tanto ſudore militum: et tolerantia du-
cum: vt ea obſidio inter paucas quæ vnq̄ fuerint laborioſiſſima numeretur: Militi præda om-
nis a conſulibus conceſſa. Romæ autem poſtq̄ nunciatum eſt fuſos prælio carthaginenſes
& vrbem captam in populi ro. poteſtatem veniſſe: ſublatis patrum ſimul: plebiſqꝫ animis ma
iora iam agitabantur. Nec aut mamertinos meſſanamqꝫ ſeruaſſe: aut carthaginenſium opes
in ſicilia contriuiſſe ſat putabant. Sed maiorum rerum ſpe concepta: pœnos omni ſicilia pel-
lere cupiebant. Sic enim non tutũ modo verum etiam glorioſum ſibi nominiqꝫ romano exiſti-
mabant fore. Auctoritatemqꝫ & famam apud exteras nationes maiorem in modum augeri.
Quoniã vero huius belli cõmentaria ſcripturi ſumus: idqꝫ maxima ex parte in ſicilia geſtum
eſt totũ vero vt oſtẽdimus ꝑ ſicilia ſuſceptũ neceſſariũ nobis videtur De ſitu eius inſulæ de-
Siciliȩ deſcriptio. qꝫ populis qui illã incolũt. quæ ab antiquis tradita ſũt hoc loco referre. Cõſtat eñ nullã fere ro
to mari inſulã clariorẽ celebrationẽqꝫ fuiſſe Sicilia eodẽ ſe fere mõ ad italiã habet queadmodũ
peloponeſſus ad aliã græciã: niſi q̄ hæc paruo admodũ freto ab italia dirimit: illa parua admo
dũ terra ad cæterã græciã cõtinetur. Forma vero ſiciliæ triãguli quodãmodo ſpeciem habet.
Trinacria Anguliqꝫ ipſi totidẽ ꝓmontoria ad extremũ cõficiũt: a quibꝰ Trinacriã poetæ illã appellant:

Horum qui in meridiem vergit: angulus: & in clusum portenditur pelagus pachinus vocatur: a craſſitudine aeris: vt nonnulli auctores ſunt: nomine indito. Qui vero ad ſeptentriones ſpectat eum vocant pelorum: hic fretum quod inter ſiciliam italiamq; æſtuoſiſſime interfluit ab occaſu claudit: ſiniſtroq; ſui latere thyrrheno mari finem imponit. Nec fere plus diſtat ab italia q̃ mille quingētis paſſibus. Tertius angulus in lybiam ac hyemalem vergit occaſum. Spectat autem maxime in ipſam catthaginem. Nec fere plus abeſt a littore aphricę: q̃ milia paſſuum centum vigintiſeptem. Hic Angulus ſardonicum pelagus: a Siculo diuidit. Appellatur vero Lylibeus. Tria ſunt igitur totius ſiciliæ latera: vnum quod ad libyam exponitur: atq; hui⁹ extrema ſunt: a ſuperiori qdē parte Pachinus: ab inferiori vero Lilybeus. Ab his rurſus duo latera continuo ſeſe coarctātia ad italiam tendunt. Hæc longe a leuco petra in vnum coeuntia pelorum efficiunt angulum. Cæterum hæc duo latera: quæ ad italiam coeunt frequentia vrbium portuūq; nobilitate longe inclyta ſunt. Superiori enim qđ fere ad græciam orientēq; ſpectat ſolem: Siracuſæ Cathina Taurominium: & meſſana Inferiori vero quod tuſco alluitur mari Panormium: Drepanum Lilybeum clariſſimæ vrbes exiſtunt. Nam tertium illud latus quod ad libyam expoſitum diximus: totum fere importuoſum: habet tamen vrbes Camerinam Heracliam Selnūtem. Agrigentum: antiquiſſimi omnium ſiciliæ populorū incoluiſſe illam dicunt. Cyclopes & leſtrygones. Quorum origo per q̃ clara eſt. Vtpote a poetis magniſq; hiſtoricis memorata. Sicani poſt hos ſiciliam habuere: quos alii indigenas eius ꝑhibēt alii (qđ verius ac ꝓbatius eſt) ex hiſpania veniſſe tradunt: ſedibus patriis extorres: quæ illis circa Sicorim amnem fuiſſe dicunt: indeq; a ligdis pulſos in Siciliam tranſiſſe: Ab his ſicaniam primo vocitatam eam inſulam ferunt: cum ante trinacria diceretur. Poſt hos vero ſiculi ex italia magno exercitu in ſiciliam traiecere. Fuerunt autem Siculi vetuſtiſſimi italiæ populi: longoq; tempore domi potentes: ab eorumq; rege italo: italiam nominatam perhibent: hi ratibus per propinquū fretum in ſiciliam tranſuecti: ſicanis & cæteris eius inſulæ cultoribus quos ſupra retulimus bello domitis: nō iam ſicaniā ſed ſiciliam eam luſulam nominauerunt. Optimoſq; & feraciſſimos agros in ea tenuerunt. Sicanos autem in extremas ſiciliæ partes ad meridiem et occaſum verſas pepulere. Fuit autem tranſitus Siculorum in ſiciliam trecentis fere annis: priuſq̃ vlla græcorum ciuitas in Sicilia conſtitueretur. Confecto deinde troiano bello: ilioq; euerſo: troiani quidam profugi nauibus in Siciliam aduecti finitima Sicanis incoluerunt loca: atq; in his vrbes condidere: Ericem & Segeſtam. Phœnices inſuper mari potentes plæraq; circa Siciliam promontoria incoluere: et inſulas omnes quæ ſunt inter aphricā & Siciliam quas mercaturæ gratia frequentabant. Hæ quidem gentes et ab his profectæ locis et nunc Siciliam incolunt. Alii vero eius inſulæ cultores plurimum græci ſunt. Qui vnde orti et quibus temporibus in ſiciliam venerint deinceps aperiam: Primum omnium græcorum calchidenſes euboca profecti: duce Theoclide Naxū vrbem in Sicilia condidere: quæ poſtea thauromęnium appellata eſt. Anno deinde poſt Naxum conditam ſecundo Corinthii duce Archia qui fuit vnus heraclidarum Siciliam nauibus aduecti: ſyracuſas pulſis ex ea vrbe ſyculis occurrūt: Coloniamq; ſuæ gentis in eo cōſtituerunt. Erat tunc ſolū ea ſyracuſarum pars manibus cincta quæ inſula vocitatur. Et hāc ſiculos habuiſſe conſtat. Mox creſcente multitudine aliæ ſubinde partes ad vrbem ſunt additæ: quoad eam quæ poſtea fuit magnitudinem accreuit. Hæ duæ primæ græcorum vrbes in ſicilia fuere. Sunt autem ab ea parte quæ eſt īter pachinum & pelorum. Quīto deinde poſt ſyracuſas anno theodes & calchidēſes e naxo profecti leontinos & Cathinam vrbes ſuperatis prælio ſiculis pulſiſq; ex his locis cōdidere: Colonias q; ſuæ gentis in eas deduxere. Peridē fere tp̄s Lanus quidam megarenſis: nouos colonos in ſiciliam duxit. Conſedit autem apud pantagium amnem oppidumq; condidit nomine porti

Pachinus
Pelorus
Lylibeus
Siciliæ primi cultores.
Cyclopes
Leſtrigones
Sicani
Siculi
Italus
Siculorum vetuſtas.
Eryx
Segeſta
Calchidēn.
Naxus.
Syracuſę
Lanus

lum: inde poſt aliquod tempus a leontinis pulſus: aliud oppidum incoluit nomine tapſum. Eo ſubinde mortuo Megarenſes ex tapſo profecti: hiblęos occuparunt. Ibi cum annos quinqꝫ et quadraginta ſupra ducentos incoluiſſent: a Gelone ſyracuſanorũ rege ſedibus pulſi ſunt eorumque vrbs euerſa. Sed ante q̄ euerſa foret: annos circiter centum: noua ex megaris accita manu: Selinuntem vrbem pulſis ex ea regiõe phœnicibus condidere. Gelas deinde rhodius & Antiſanius cretenſis communi inter ſe iuncti fœdere: coloniam ſuarum gentium in ſiciliam deduxerunt. Vrbemqꝫ poſuerunt nomine Gelam: Regio tamen ipſa et agri in quibus iſta eſt vrbs: lindii appellantur. Deducta eſt autem ea colonia anno quinto et quadrageſimo poſtq̄ corinthii ſyracuſas habuere: nomenqꝫ eſt vrbi inditum a Gela fluuio. Poſt Gelam vero conditã anno octauo ſupra centeſimum geloi iſti aggrigentum condidere. Principes vero in deducenda colonia condendaqꝫ vrbe Agrigento fuiſſe perhibentur Ariſton & Piſtillus. Nomen vero agrigenti ab amne qui præter fluit vrbi inditum eſt. Per idem fere tempus cumani (q̄ ciuitas eſt italiæ a calchide orta) in Siciliam prædatoriis nauibus traiicĩetes zanclam occuparunt Siculoſqꝫ ex ea. Vrbe pepulerunt. Et coloniam ſuæ gentis a cumis & calchide in eam deduxerũt Principes vero inde ducenda fuerunt Riheres cumanus: & cratimenes calchidenſis: zãcla vero a formæ ſimilitudine nominata eſt. quod ſiculorum lingua falcem ſignificat. Priores igitur zanclæ cultores poſt pulſos ſiculos a cumis et calchide fueruut. Sed poſteris temporibus multitudo hominum a ſamo ac cætera ionia medos fugiens in Siciliam venit: Cumaniſqꝫ & calchidenſibus pulſis zanclam ipſi incoluerunt. Nec multo poſt id tempus. Anxillas reginorum tyrannus ſamios inde pepulit zanclamqꝫ veterem vrbem euertit: nouamqꝫ non longe ab his locis poſuit: quam meſſanam nuncupauit: atqꝫ ex mixto genere hominum compleuit. Itaqꝫ lingua in ea vrbe obtinuit mixta inter ionicam & doricam. Meſſanã vero ab antiqua patria ſua conditor appellauit. Sita eſt autem vnius diei iter longe a zancla. Adheſerũt quoqꝫ his locis: Syracuſani quidam exules per ſeditionem patria pulſi: qui melchidę vocabantur. Hi cum poſt ea omnes a mamertinis pulſi ſunt: quos fuiſſe campanos ſupra docuimus meſſanam occupaſſe. Acræ vero & caſmenæ oppida a Syracuſanis condita ſunt. Acræ quidem ſeptuageſimo anno poſt Syracuſas. Caſmenæ autem vigeſimo poſt Acras conditas. Camerina quoqꝫ ſyracuſanorum colonia fuit: deduxerunt eam daſcon: & menecolos anno. c. xxxv. poſt ſyracuſas a Corinthiis occupatas. Sed cum poſtea rebellaſſent camerinenſes ab ipſis ſyracuſanis euerſa eſt camerina. Reſtituit poſt illam gelas tyrãnus ſyracuſanorum coloniamqꝫ in eam iterum duxit Et hæc rurſus a Gelone tyranno euerſa eſt. Idem ipſe qui euerterat poſtea reſtituit: & nouos colonos pulſis veteribus poſuit: hę ciuitates gręcorum. vſqꝫ ad tempus peloponeſſiaci belli in ſicilia fuere. Ex quibus factum eſt ſemper nouis aduenis quibuſdam in ea inſula prepotentibus: vt Sicani & troiani primo a Siculis pulſi in vnum coirent: communiqꝫ nomine elinii appellarentur: locaqꝫ incolerent ad carthaginem verſa: fœdere quoqꝫ & amicitia cum phœnicibus iuncti. Et poſtea Siculi ipſi a græcis validioribus ſuperati ac pleriſqꝫ locis pulſi mediterraneam dumtaxat Siciliæ regionem ad italiam verſam retinuerũt Carthaginenſium deinde potentia maiorem in modum aucta phœnices iterum inſurgentes græcis fere omnibus & Siculis domnabantur: quo ad mamertini poſt occupatam meſſanam ciuiſqꝫ necatos cum a hierone bello p̄merentur: ex his quas ſupra memorauimus cauſas romanos in ſiciliam ſuperduxere. Romani igitur primum fuſo hierone rege mox in amicitiam recepto. Agrigento inſup capto: & hoſtibus magno prelio ſuperatis ſtatuerunt omnino carthaginenſium potentiam e Sicilia delere. Quare eo propoſito acrius incumbentes. L. Valerium & T. octacilium ſequẽtis anni conſules: magno militum delectu habito in Siciliam mittunt: Carthaginenſes autem inſuperabiles romanorum vires ac propoſitum belli cernentes: terreſtribus copiis non amplius congredi: ſed maritima potentia qua plurimum pollebant incumbere ſtatuerunt. Magna igi

Gelo

Gelas

Agrigẽtũ

Cumani.

Zancla

res.

Riheres

Cratime-

Anxillas.

Meſſana

Melchidę

Acræ

Caſmenę

Camerina

Elinii.

Conſules

Romani

tur parata claſſe:cũ ſine vlla cõtrouerſia mari dominarenť:nõ ſolũ maritimas Siciliç ciui
tates in fide cõtinebãt:ſed ĩ diuerſum littus aduecti:Italiç oras crebro populabanť. Atq;
ita quodãmodo æquatũ erat bellũ Romanis terra:Carthaginẽſibus mari ꝑualẽtibus. Hu
iuſce rei argumentũ fuerit:ꝙ poſt expugnatũ Agrigentũ multa Siciliç mediterranea op-
pida:ob metũ exercituũ ad Romanos defecerãt.Poſt aduentũ rurſus claſſis nõ pauciores
maritimç vrbes metu potẽtiç adductç:carthaginẽſibus ſe dediderãt.Ita par vtrinq; ratio
belli exiſtebat:niſi ꝙ Aphrica quidẽ expers oĩno cladis.Italia nonnũq̃ hoſtiũ incurſionib⁹ Romanorũ
vexabatur.Hçc igitur cernẽs.Popu.Ro.claſſem parandã:& aduerſus Carthaginẽſes ma- animoſitas.
ri cõgrediendũ:quãdo aliter nullũ finẽ habiturũ certamẽ apparebat:neceſſitate quodã-
modo adductus cogitauit.In quo maxime qs admireť Populi Ro.generoſitatẽ & incredi-
bilem magnitudinẽ animorũ:hoĩes eñ maritimarũ rerũ penitus rudes:aduerſus Cartha-
ginenſes mari exercitatiſſimos qbus iam inde a maioribus parta:& veluti hçreditaria re-
licta erat naualis potẽtiç gloria:& principatũ maris cõceſſione oĩm ꝑ id tpus obtinebãt:
claſſemq; magnã habebãt:ipſi ſine vlla claſſe:ſine vllis naualibus:ſine experiẽtia deniq; vl
la:naues raptim facere mari vna ꝓgredi ꝓꝑabãt:nihil intereſſe putãtes terra ne an mari Claſſem Ro
aduerſus hoſtẽ cõgrederenť.Hac igitur cupiditate incenſus populus ro.centũ & viginti mani parãt.
nauiũ claſſem ædificandã curauit:harũ vero centũ quinq;remes fuerũt: reliquç triremes.
In hui⁹ claſſis apparatu maximç difficilis fuit quinq;remiũ cõfectio:quoniã huiuſcemodi
nauigiis nemo per id tpus in Italia vtebať.Nec erat qui eorũ çdificationẽ teneret.Cçterũ
vna Carthaginenſiũ quinq;remis:quç dudũ apud Meſſanã a Claudio cõſule excepta fue
rat:exẽplar eius gñis faciẽdi ꝓbuit.Ad hãc inſpiciẽtes fabri quinq;remes ædificarũt.Dum Exercitatio
naues fiebãt in terra multitudo rudis ad remum exercebať.Exercitatio eiuſcemodi erat. naualis.
Subſelliis in harena ꝑ ordinem collocatis remiges inſidentes ad vocem prçceptoris bra
chia reducere: ac remos ꝑ arenam mouere docebantur.Iam.C.Cornelius:&.C.duellius
conſulatũ inierãt.Claſſis Cornelio:terreſtes in Sicilia copiç Duellio obuenerant.Itaq;.C.
duellius in Siciliã ꝓfectus exercitu a ſuꝑioribus cõſulibus accepto: qd ad bellũ ptinebat
terra adminiſtrabat.Cornelius aũt parata claſſe & in mare deducta:cũ hoĩes aliquãdiu in
aqua exercuiſſet:ipſe cũ ſexdecim nauibus meſſanã contẽdit.Reliquã vero claſſem iuxta
Italiç oram ſubſequi iuſſit.Cũ meſſanã ꝑueniſſet cõſul:ac ea q̃ neceſſaria erãt pro tẽpore
parauiſſet negociis poſcẽtibus eaſdẽ habens naues Lyparas nauigauit. Lyparæ inſula in
Tuſco mari ſita nõ longius a Sicilia:q̃ milia paſſuũ. Per idẽ tps Carthaginẽſiũ claſ Claſſis car-
ſis panormi cõſiſtebat.Prçerat aũt illi Hãnibal quẽ ducẽ apud agrigentũ fuiſſe oſtẽdimus thagineñ.
Is igiť cognito aduẽtu cõſulis.Bonodẽ quendã ex ſenatu Carthaginẽſi hoĩem cũ viginti Bonodes.
nauibus circum ea loca dimiſit:qui noctu lyparas ſuꝑueniens: naues romanas in ipſo por Corn.cõſul
tu nactus incluſit.Cornelius ſubito malo circũuentus cũ qd ageret: quoue ſeſe verteret: dolo capiť.
haud ſatis cõſtituere poſſet:inter ſpem & trepidationẽ in colloquiũ euocatus fraude pu
nica intercipiť.Vt eñ in colloquiũ venit cathenç illi iniectç ſunt:& pro captiuo adduct⁹
Ita ſexdecim romanorũ naues vna cũ romano cõſule adducẽs ad Hannibalẽ qui panormi
cũ reliqua claſſe erat:magna cõfecta re Bonodes reuertiť.Arriſiſſe hoc initio fortuna Car
thaginenſibus videbatur:ſed paucis poſt diebus quaſi in alterutro eludens non diſſimili
clade illos afflixit.Hannibalẽ eñ non tam errores captiui cõſulis per aliena exẽpla reddi-
derant cautiorẽ:q̃ extulerãt ſecũdç res:& ad fiduciã animi erexerãt.Itaq; cũ audiſſet reli-
quã romanorũ claſſem ſecus Italiç littus nauigantẽ Siciliç appropinquare:cupiens ordi- Hannibalis
nem ſtructurãq; hoſtiũ cernere:quinquaginta nauib⁹ e ſua claſſe delectis Italiã petit. Ibi claſſis appri
cum ꝑ orã Italiç cõtrario q̃ romana claſſis curſu ferreť:in eam improuiſo incidit.Circũ- mitur
datus ergo ab hoſtibus ac ſubita vi oppreſſus:naues fere omnes amiſit. Ipſe quoq; inter-

ceptus ac plane incluſus cũ iam ꝑ captiuo haud dubie haberet: preter ſpem ſuã atq̃ hoſti um inter manus delapſus: tandẽ cũ paucis ſuorũ euaſit. Romani hic primũ Cornelii conſultus aduerſum caſum & amiſſionẽ nauiũ apud lyparas: ipſis carthaginenſibus qui captiui erãt referẽtibus cognouere. Itaq̃ cõpenſata vtrinq̃ clade: & mœrore letitia pmixto iter cõferre in Siciliã pperarũt: ne deſperatis forte rebus ciuitates ad Carthaginẽſes deficerent. Cũ ergo in Siciliã peueniſſent. C. Duelliũ alterũ conſulẽ quẽ in Sicilia pfectum ſupra oſtendimus: ſui aduẽtus certiorẽ fecere: eiuſq̃ iuſſum expectare oſtẽderũt. Conſul q̃ mari potius: q̃ terra cõgreſſuros Carthaginẽſes putabat (Quippe q̃ iampridẽ vt docuim⁹ terra cedẽtes rei nauali innitebant) cura exercitus tribunis militũ cõmiſſa: ipſe ad ea loca in quibus claſſis romana erat contẽdit. Cũq̃ nõ longe abeſſet hoſtiũ claſſis: ac futurũ prœlium appareret ad certamẽ ſeſe vterq̃ parabãt. Romanorũ validę quidẽ: ſed tardę ad celeritatem parũ cõmodę erant naues. Carthaginenſiũ vero celeres & veloces. Huic igit parti metuẽtes romani: quo ludificãdi facultatẽ preripiãt hoſti: coruos quos poſſent reuocare ſingulis aptant nauibus: ea fuit machina in hunc modũ ſtructa: ligneũ robur in prora deſtinabat longitudine quattuor vlnarũ. Latitudine vero triũ palmorũ. Sup id robur tabulę inherẽtes ſcalas cõficiebãt: quarũ erat latitudo pedũ quattuor. Longitudo vlnarũ ſex: hę rurſus ab vtroq̃ latere genu aduſq̃ munitę erant. In harũ vero extremo ferrũ erat ĩ mali formã acutũ. Anuluſq̃ inſup fune illigatus ĩminentẽ machinã ſuſtẽtabat: vt ergo adherebat hoſtiũ nauis laxato fune ſchalę demittebant: ferrũ pondere ac vi roboris ſup hoſtilẽ nauẽ delapſum figebat. Sed aduerſa prora erat: milites bini p ſchalas deſcẽdebãt. duo primi ſcuta pferẽtes deniq̃ ſubinde latera ſcutis ptecti. Sin aliqua erat hoſtilis nauis in eã coherentẽ ex tota ſimul naui deſiliebat. Ita ludificãdi facultate prepta pedeſtre ſtabileq̃ certamen hoſtes certare cogebant. Structis paratiſq̃ oĩbus qbus ad prœliũ opus fuit: Cõſul aduerſus hoſtes pugnaturus nauigauit. Carthaginẽſes p id tp̃s nõ longe a Mylis ſtationẽ habebãt: qui vt aduẽtare hoſtes intellexerũt: magna affecti letitia: q̃ maritimarũ rerũ experientia ſe longe pſtare: nec in ea re ſibi pares eſſe romanos arbitrabant. Centũ & triginta nauibus aduerſus hoſtes in altũ ferunt: tanto contẽptu: vt ad predã ſe: nõ ad pugnã proficiſci iactarent. Vt ergo appropinquarũt inter ſe claſſes machinę in ſingulis proris cõſpectę aliq̃diu incertos pro rei varietate pœnos tenuere. Tandẽ quicq̃d id foret oĩno ſpernentes ruditate: imperitiaq̃ hoĩm deriſa cõtrariis pris in claſſem romanã ferunt. Romani vt inſtitutũ erat coruis repente dimiſſis: vt queq̃ obuiã ierat nauis colligabãt: inde in eam euadẽtes cominus gladiis rem gerebãt. Itaq̃ Carthaginenſiũ naues quę primę ĩ romanos impetũ fecerant breui capiunt. Inter quas fuit ptoria ſeptiremis: quã pyrrhus epyrotarũ rex in Italia & Sicilia habuiſſe dicebat. In ea huc vectus hannibal Carthaginenſiũ dux: cũ iniecto coruo expugnaret ipſe in ſcaphã ſaluti ſuæ fuga cõſuluit. Reliqui vero Carthaginenſiũ qui aliquo interuallo ſequebant: vt primas ſuorũ naues ab hoſtibus captas intellexere. Ad ludificãdi artes cõuerſi: nõ cõtrario impetu: ſed obliquo in romanos ferebantur. Per eũ nãq̃ modũ violentiã coruorũ ſe declinare poſſe exiſtimabãt: ſed cũ ita inſtitutę eſſent machinę: vt ĩ quãuis partẽ inuehere poſſent: nil eis pderãt artes. Siue em̃ ex latere ſiue ex trãſuerſo appropinquarẽt: cõtinuo coruis implicitę ac herere coactę expugnabant. Ita captis pleriſq̃ & expugnatis reliquę tandẽ in fugã vertunt. Supra quinquaginta naues in eo prœlio carthaginẽſes amiſere. Romani victores pulſis ac fugatis hoſtibus rei maritimę gloriã tũc pmiũ vendicarũt. Hęc victoria: q̃ grata Popu. ro. fuerit honores. C. duellio Cõſuli ob eã poſtea tributi oſtẽdũt. Nõ em̃ triũphauit modo ſpecioſe: Verũetiam poſt triumphum illi datum eſt: vt quotiens a cœna rediret tibiam ſibi ad funale præcineret: ob memoriam rei geſtæ: q̃ ipſe primus omnium romanorum hoſtes nauali prœlio ſu-

Naues Ro. tardę. Carth. celeres. Corui nauium deſcribuntur.

Carthagineñ. confi- [illegible]ia.

[C]oruorum vſus Carthagineñ. claſſis vincitur. Tibię duellio cõceſſę.

peraſſet. Dum hæc mari geruntur exercitus populi ro. quē a conſule relictū tribunis man datū oſtēdimus: magnis inter ſe contentionib⁹ agitabatur. Sociorū enim auxilia de virtu te & gloria pugnādi cū vrbanis copiis diſceptabāt. Et paruo orta principio tandem eo cō tentionis proceſſere: vt ſocii a romanis diſcederent: ac per ſe ipſi caſtra metarētur. Id cum intellexiſſet Hamilcar qui terreſtrib⁹ copiis in ſicilia p̄erat improuiſo illos aggreſſus ſupra quattuor milia ſociorū interfecit. Reliqui in caſtra romana depoſitis iā cōtētionibus redie re. Romana claſſis poſt p̄lium in ſegeſtanā orā nauigauit. Nam ſegeſtani qui in amicitiam populi ro. nup venerunt: ob eamq; rem a Carthaginenſibus obſidebantur. Eo cū perueniſ ſent: ro. confeſtim hoſtes fugant. obſidionis periculo ſocios liberant. Mox inde p̄fecti mu cellā vrbē circūſiſtunt: atq; expugnant. Extremo eius æſtatis hānibal cū iis qui a p̄lio ſu perfuerant nauibus Carthaginem rediit. Ibi cū rationē geſtarū ab ſe in ſicilia rerū ſenatui expoſuiſſet: rurſus cum claſſe in ſardiniam mittitur. Iam enim romani eo profecti: Sardos Corſoſq; inuaſerāt. Cum igitur in ſardiniam perueniſſet. Hānibal: bellumq; in his locis ad uerſus romanos gereret: tandem in portu quodā incluſus Claſſem amiſit. Ipſe tamen ſoli ta arte inter hoſtium manus delapſus euaſit: ſed mox a ſuis cōpræhenſus et in crucē ſubla tus occiditur. Proximo de hic anno nihil dignū memoria in ſicilia geſtū. Creati deīde Cōſu les. C. Sulpiti⁹: & Aulus Rutilius. carthaginenſes per id tp̄s panormi copias habebāt. Ita q; cōſules vt primū in Siciliā traiecere: Panormū cōfeſtim profecti: ſtructa ante vrbem acie cū ptātē pugnādi hoſtib⁹ feciſſent: nec illi cōtra educerēt: pugnāq; detractarēt: rurſus in de mouētes hyppanā oppidū aggreſſi tādē expugnarunt. Mutiſtratum quoq; licet maiori aliquāto militū labore ab iiſdē cōſulibus captū. Poſt hic in Cametinēſes (hi paulo ante de fecerant ab romanis.) exercitus ductus. Eorum quoq; vrbs machinis: et tormētis expugna ta capit. Capta eſt & iiſdē cōſulib⁹ Aethna: & alia quædam ſiciliæ oppida. Lyparę quoq; iiſ dem cōſulib⁹ obſeſſæ. Per idē fere tp̄s alia naualis pugna īter romanos & Carthaginēſes cō mittit. Aul⁹ ei rutili⁹ q Claſſi romanæ prę erat: apud tindaritanos ſtationē hēbat. Is carrha ginēſiū claſſem nō longe a littore cōſpicatus extēplo ſuis naues cōſcendere: ac ſe propere ſeq in hoſtē iubet. Ipſe celeritate prouectus cū decē ſolū nauib⁹ longis ante aliā claſſem in altū defertur: eo cōfiſus q; hoſtes parū cōpoſite parūq; ſtructe iter facete videbant. Cū itaq; appropinquaſſet hoſtium claſſi ſubito illi cōuerſi incredibili celeritate romanorū naues cir cūſiſtunt: ac primo īpetu nouē ſubmergūt. Prętoria dūtaxat nauis in qua rutilius ferebat. Celeritate freta & vi remorū euaſit. Inter hæc reliqua claſſis romana in altum delata obui os excepit hoſtes: hic poſt magnū certamen romani decē Carthaginenſium naues plænas cepere: octo mari ſubmerſere. Reliquæ naues fuga arrepta in liparas: vt ab initio inſtitue rāt ſe recepere. Cæterū ex eo p̄lio hac opinione vtriq; euaſerūt: vt primas victorię partes ſi bi ipſis vindicarent. Romani q; maiorem nauiū numerū cepiſſent: q; deniq; hoſtem fugaſ ſent: Carthaginenſes q; nouē romanorum naues primo impetu ſubmerſiſſent: q; inferiores numero totā claſſē romanam aliquādiu ſuſtinuiſſent: his accenſi ſtudiis maiora parabant. Romę interea ſæpe in ſenatu: ſæpe etiā apud plębem agitatū eſt: num bellum tranſfere in aphricā p̄ſtaret: facilē enim deſcēſum & imbelles libyæ populos eſſe cōſtabat. Præterea vt ī longa pace omnis generis præda refertos agros: Ea res trāſfere illo bellū hortabatur. Et ab ſicilia facilius detrahi carthaginēſes poſſe domi iniecto p̄iculo videbātur: q̄ ſi in ſicilia ipſa certaretur. His rationibus tandem cōſulibus permiſſum: vt ſi id e re p̄u. exiſtimarēt fore co pias in aphricā traducerent: bellūq; ab Sicilia ī libyā trāſferēt. Adhoc claſſis paulo ā p̄lior il lis decreta quīquetemiū trecētarū & trigīta. Cōſules erāt Marc⁹ Attili⁹ regul⁹: & L. Manl li⁹ viri fortiſſimi: & ī primis bellicarū artiū periti: Hi cū ī aphricā traducere copias ſtatuiſ ſent meſſanę portu (nāq; eo tota claſſis romana cōuenerat) mouētes p̄ter dexterum ſicilię

Seditio.

Hannibal ī ſardiniā

Hānibal in crucē tollit.

Romanorū victorię.

Naualis pu gna.

Victoria an ceps.

latus ſuperato pachinno promontorio Tenomon venerunt: q in his locis exercitus legio neſq claſſeſq expectare iuſſę poſtulabant. At Carthaginenſes cognita romanorũ voluntate diuerſo ipſi conſilio bellũ in ſicilia retinere: & tranſitum in aphricam hoſtium impedire conſtituerãt Ad hoc ipſum maiorẽ claſſem: & illi paratã in qua trecentæ: & quinquaginta naues erant: Lilybei continebãt. Cũ ergo his quidẽ traiicere in aphricam: illis vero phibere propoſitũ eſſet: a tq ex eo certamẽ haud dubie appareret futurũ. Romani delectos milites in nauibus collocarũt: qui & nauali plio ſufficerent et in terra aphrica expoſiti bello gerẽdo idonei forẽt. Cũq equites quoq portandi eſſent rates cõplures quibus equi traiicerẽtur ad claſſem traducuntur. Paratis tandẽ oĩbus naues cõſcendũt. Singulis quinq remib9 trecẽti remiges: & legionarii milites centũ viginti ĩponebantur. Eũ numerũ carthaginẽſes pariter romaniq ſeruabãt. Fuerũt aũt in claſſe romana hoĩm milia ſupra centũ & quadraginta. Carthaginenſes vero delectos ſolũ ad nauale pliũ hoĩes claſſi ĩpoſuerãt. Horũ tamẽ multitudo fuit ſupra cẽtũ & quinquagita milia. Quaꝝ rerũ magnitudinẽ: nõ mõ pſens quis & cernẽs verũetiã audiẽs obſtupeſcat. Totã romanã claſſem quadripertito cõſules diuiſerãt Harũ ſingulæ partes duabus appellationibus vocitabãtur. prima quidẽ pars prima acies: & prima claſſis. Secũda itẽ ac tertia eodẽ mõ. Quarta vero et poſtrema vt ĩ pedeſtri exercitu triarii appellabãtur. Forma & ſtructura totius agminis in ſpeciẽ trianguli fuit. Cuius ĩ prima erãt fronte ſexremes duæ: quarũ in altera. M. Attilius: in altera. L. Manili9 ferebaꝛ. Hos prima et ſecũda claſſis ab vtroq cornu ad vnam ſequebãtur: ita vt roſtrũ cuiuſq ſecundę: nauis extra reſpiceret. Per hũc modum dilatatis paulatim aciebus triãguli reſultabãt latera. Mediũ ĩter has ibat tertiũ agmen cui rates equitũ erãt tributæ. Triarii extremũ claudebãt. Pariter extẽſo agmine: quaſi baſim trianguli faciẽtes: hæc forma expeditiſſima: & ad reſiſtẽdũ aptiſſima viſa eſt: Carthaginẽſes interea ex Lilybeo ſoluentes heracliam venerant. Inde cõſpicati romanã claſſem in quattuor & ipſi partes copias diuiſere: Harũ tres in altũ delatæ: extenſo longius dextro cornu: quaſi hoſtem circũuenturæ conſiſtebãt. Quarta id ſiniſtrũ erat cornu pptet littus aſtabat: Proręomnibus in hoſtẽ cõuerſæ. Duces erãt: carthaginenſiũ: Hanno & Hamilcar: Quorũ hanno cũ velocibus nauibus ex omni claſſe delectis dextero pͤrat cornu. Hamilcar vero cũ omni robore mediũ agmen regebat. Sic igitur vtrinq ſtructæ cum iam in ppinquo eſſent Carthaginẽſes magno ac terribili clamore ſublato romanos inuadunt. Reclamaꝛ ab romanis altiſſime: nec minus infeſte illis occurriꝛ. Cõſules primo ſtatim cõgreſſu tenuem & extenſam hoſtiũ aciem nacti: ſuã vero firmã & cõpoſitã vt ex vtriuſq ſtructura oſtẽdimus: mediũ pœnorũ agmen magno ĩpetu perrũpũt. Illi vero celeritate freti: idq ab Hamilcare primo docti: vt romanorũ claſſem diſiũgerẽt ex cõpoſito cedũt: quo facto prima et ſecũda romanorũ claſſis cupidi9 ĩſecutæ lõge ab reliquis ſeparanꝛ. Nã tertia quidẽ claſſis cui rates eqtũ tributas dixim9. Itẽ triarii qui extremũ claudebãt agmẽ tardius ſequebantur. Cũ ita q lõge diſiũcti eſſent a ſuis: ſigno e naui Hamilcaris vt ante cõuenerat ſublato: repẽte naues hoſtiũ vndiq in romanos vertuntur: ac primã & ſecũdã claſſem in qbus cõſules erant circũſiſtũt. Cõmittitur magnũ pliũ: ac dubio euentu aliquãdiu pugnatur. Hannonẽ dextro Carthaginenſiũ cornu præfuiſſe diximus: Is vbi pugna ĩplicatas cõſpexit primas romanorũ acies: a pelago cũ ſuis nauib9 cõuerſus triarios inuaſit. Cõmittiꝛ & apud triarios atrox pliũ: Dũq hãnoni reſiſtũt: tertiũ romanorũ agmẽ cui rates eqtũ tributæ erãt: aliquãto pceſſerat. Hæc quoq quarta Carthaginenſiũ acies a littore inuadit. Ita tres nauales pugnæ vno in tẽpore diuerſis locis cõmittuntur. In quibus celeritate qdẽ et arte ambiendi eludendiq longe prętabant carthaginenſes: ſed cum ad man9 vẽtũ erat robore ac virtute romani pualebãt. Numer9 aũt nauiũ ſingulis pugnis erat pene par. Nã & duæ carthaginẽſiũ acies aduerſus duas romanorũ quæ prio anteceſſerãt &

Claſſis ingens et ei9 inſtructio.

Triarii.

Duces

Prelium Nauale.

aliis in locis ſingulæ aduerſus ſingulas certabant. Hic quos clamores quos ſtrepitus quos deniq́ʒ caſus aut horrores fuiſſe dixerim: tria magna p̄lia. vnum ſub tp̄s paruis inter ſe diuiſa ſpatiis: telis et gladiis immiſſione nauium et omni pernicie certantia conſpiciebantur. Multe vbiq́ʒ fractæ naues: multæ ſalo imerſæ: victores naufragos per vndas effuderant: alios tabulis: alios remis: multos etiam ſcutis ipſis annitētes. Rubeſcebat cruore fluctus. Naues per corpora hominū iter facere cogebantur. Clamore ac vociferatione cælum et litrora reſonabant. Verſabātur enim in ea pugna naues roſtratæ paulominꝰ: q̄ ſeptingentæ p̄ter onerarias quæ aut traiiciendorum gratia equorū aut cōmeatus cā ſecutæ fuerāt. Itaq́ʒ id nauale p̄lium ſtructura acierū et multitudinē nauigiorū: terreſtre quodāmodo videbatur. In tanto igitur ac tam atroci certamine: tandem victoriæ initium inde ortum vnde pugna incœperat. Conſules enim ambo in prima pugnabāt acie: hi circūdati ab hoſtibus cū diu ęgre reſtitiſſent. Demū cohortati ſuos: violentia & ardore naues carthaginenſium perrumpunt: alias capiūt alias ſubmergunt. Si quæ naues reſiſtebāt in eas coruis iniectis milites trāſcendebāt: ac ſumma virtute dimicabant proderatq́ʒ non parum q̄ in oculis conſulum res gerebatur. Plura enim milites in p̄liis faciūt vel ignominiæ metu vel glorię cupiditate: q̄ vera virtute. Ipſi quoq́ʒ conſules tales erant: vt quēuis etiam ignauum ad fortitudinis opera quirent incendere. Primi omniū pugnas capeſcere laborantibus ſuccurrere. Vbi maius erat periculum vltro ſe offerre. alios cohortari: alios monere: his bonis artibus impigre freti: tandem hoſtes exuperant. Fit magna Carthaginenſium cædes. Multæ eorum naues ſubmerguntur: aut capiuntur: reliquæ ſeſe fugæ mandarunt M. Attilius regulus vbi prima claſſe profligatos hoſtes fugatoſq́ʒ conſpexit: collega ad eorū reliquias perſequēdas relicto: ipſe cū ſecundæ aciei integris nauibus triariis ſuccurrit. Illi ab hānone circūdati iā pridē ſūmo in diſcrimine verſabant. Aduētu cōſulis triarii audacius reſiſtūt Conſul magno animo in claſſem hānonis tuens īcredibili virtute hoſtes inuadit. Fit & hoc loco magna cædes. Naues multæ expugnātur nōnullæ fractæ: & armamētis nudatæ ſalo merguntur. Deniq́ʒ ancipiti malo circumuentus hāno: q̄ a fronte ſimul et a tergo ſui oppugnabātur: fugā arripuit ac celeritate fretus ī altum defertur. Reſtabat tertia pugna quæ littori erat proxima. In hac romani plurimum laborabant. Nam et aliquanto hoſtium numerus illos circunſtiterat: et ita in arctum coegerat vt vix explicare ſe poſſent. Deniq́ʒ iam pridē periiſſent: ni coruos veriti Carthaginenſes: immittere naues formidaſſent. Hoc igitur metu ab inuadendo abſtinebant: ſed arte quadam circūſeptos propellere ad littus nitebantur. Nec certe iam longe aberant: nec vlla ſalutis ſpes ſupeſſe videbatur. In hunc modū laborantibus vno ferme tēpore: Attilius victor triariis & Manilius a prima claſſe diuerſo itinere ſuccurrūt. Nactiq́ʒ ī medio hoſtes: frequentes eorum naues plenas capiunt. Reliquæ in littus adactæ frangunt. Romani tribus maximis preliis hoſtibus ſuperatis: vbiq́ʒ victoria potiri fuerunt. Fractæ ſunt in his preliis romanorum naues quatuor et viginti. Carthaginenſium vero ſupra triginta. Plena autem nulla a carthaginenſibus capta. Ipſorum vero quattuor et ſexaginta romani plenas cepere. Poſt hanc pugnam conſules paucis diebus in Sicilia commoratiꝰ: quas ceperant naues reparatunt: et ad claſſem adiunxerunt. Frumento deinde ac cæteris quæ vſui ſunt impoſitis: nullo iam prohibente in libyam nauigarunt. Mercurii eſt in affrica promontorium: longe in pelagus cōtra Siciliā protendēs: Eo romana claſſis primo applicuit. Inde rurſus ſtructa atq́ʒ parata ad vrbem clipeam peruenit. Conſules non longe ab vrbe copiis in terram expoſitis naues ſubduxerunt: ac vallo & foſſa circundederūt. Inde ad vrbem Clipeam verſi: obſidere illam et oppugnare aggrediūt. Carthagine interea valde trepidatum fuerat: cū & ſuos duces nauali p̄lio ſupatos & romanos victores aduentare in affricam nunciaretur. Fuitq́ʒ omnium opinio. Conſules recto itinere carthaginem ipſam infeſtis ſignis petituros. Itaq́ʒ hānonē p̄pere cū his nauibꝰ quæ reliquæ fuerāt a pugnā carthaginē acceſſitū. Armatis inſup vrbanis

Nauale p̄liū

Cōſulū virtus.

Regulus

Corui nauales vnci.

Mercurii promō.

copiis tutari vrbem portū́q; iuſſerūt. Sed poſtq̃ cognouere expoſitis in terrā copiis nauibuſq; ſubductis: Clipeā vrbē a romanis obſideri poſito domi metu: exercitum parare ac terra hoſtib⁹ occurrere ſtatuerūt. Dum copiæ a Carthaginēſibus parantur. Conſules inter hæc expugnata vrbe clipea: præſidioq; militū impoſito oēs ſubinde copias in agrum Carthaginenſium educūt: nulloq; obſiſtente longe lateq; regionē populātur Villarū ædificia opulentiſſime ornatiſſimeq; ſtructa īcēdūt: pdā ois generis capiūt Captiuo2ꝶ hoim capita ſupra vigiti milia ad naues: adducūt: his reb⁹ geſtis legatos romā mittunt qui expoſitas in terra aphricā incolumes copias etiam captam vrbem clipeā ac cætera ab eis facta exponant: & quæ natura ſit locorum: quantę hoſtium copiæ: qui cōſulum animus: quibuſq; ad bellum ſit opus: ſenatum populūq; edoceāt

Clipea capta.

Iuſſa ſenat⁹

Poſt miſſos legatos conſules longius cum exercitu pgreſſi: alia ſubinde appetēdo loca cūcta ferro igneq; inuoluunt. Cōmeatus affatim: vt in orbe ſolo ac diu pacato aderat. Populi ibelles & ad pdam nati militem facile dirabant. Cum hæc eſſet fortuna rerū: litteræ ſenatus afferuntur qbus alter cōſulū cū parte copiarū in italiam redire iubebatur. Alter cū reliquis copiis manere ad bellū in aphrica gerendū. Cognita igitur ſenatus voluntate & ſi periculoſiſſimū videatur: tam remotis alieniſq; regionibus: tamq; valido terræ mariq; propinquo hoſtæ copias diſiungere pſertim cum magnos delectus habere: & vndiq; exercitum cogere hoſtis nūciaretur: tamen vt dicto ſenatus parerent: inter conſules conuenit: vt. M. Attilius regulus cū quindecim milibus peditum: & quingentis equitibus: nauibuſq; roſtratis quadraginta in Aphrica ad bellū carthagini inferendum permaneret: Manilius autem cum cætera claſſe ac aliis omnibus copiis in italiam rediret. Hac igitur partitione exercitus facta: Manilius captiuis ac prēda nauibus impoſitis ex aphrica ſoluēs: Siciliam primo: mox italiæ oram prēteruectus ad thiberina incolumis oſtia peruenit. Regulus autem poſt collegæ diſceſſum cum reſiduis copiarum rurſus agrum hoſtium ingreſſus: magna inſuper clade regionem afflixit. Per hoc tēpus apud Bragadam fluuium caſtra habens. M. Attilius ſerpentem horrendæ magnitudinis apud ripas eius fluminis ſtabulantem baliſtis et catapultis oppugnatum occidit. Cuius poſt ea corium romam delatum centum viginti pedum longitudinem habuiſſe quidam memoriæ prodiderunt. Poſt hæc vrbem quam Adin vocant obſidere: & expugnare aggreſſus eſt. Dum circa illam moratur. Conſul: Interea Carthaginenſes magnis equitum: peditumq; copiis: magno inſuper elephantorum numero contractis duces prēfecerant duos: Haſdrubalem Hānonis filium: & Boſtharum. Accerſerant quoq; Haſdrubalem a Sicilia quem nauali prēlio interfuiſſe memorauimus. Hic hieraclia ſoluens milia peditum quinq; ac ſexcentos equites: Siculo bello expertos carthaginem traiecit: tertiuſq; ipſe dux additus curam belli, vna cum Haſdrubale & Boſtharo habere iubetur: Cum de adminiſtrando inter ſe duces conſultarent bello. Placuit copias aduerſus Romanos educere: ac ſuis qui apud adin obſidebant opem ferre. Nec tantam vaſtitatem: populationemq; regionis cōtra decus nominis imperiiq; ſui tolerare. Romani iam ad vrbem aggerem egerāt: ac ſumma vi adin oppugnabāt. Nec oppidani reſiſtere diutius poterant. Ob hæc properantes Carthaginenſium duces: cum omnibus copiis profecti: in proximo edito atq; aſpero colle caſtra poſuere: ita vt inter caſtra et vrbem romani medii eſſent. Attilius omnem victoriæ ſpem in elephantis & equitatu habere hoſtes intelligebat. His enim longe prēſtare: robore autem legionum impares eſſe. Vt igitur hanc eorum ſpem opportune prēuerteret minime expectandum cenſuit: donec hoſtium copiæ in planiciem deſcenderent. ſed vocatis tribunis et centurionibus: de ſecunda vigilia cum duabus legionibus circumire montem: ac in ſe q̃ maxime concitare iubet. Ipſe vero qua proximum iter erat ſub collem cum reliquo exercitu ſuccedit. Tribuni ac centuriones ab Attilio prēmiſſi cum prima luce montem infeſtius aſcendere cœpiſſent: omnis repente multitudo e caſtris ſeſe obuiam illis effudit. Sed neq; equitatus per abrupta ac procliuia loca quicq̃ valebat: Nec elephantorum opus

M. Attilius regulus.

Bragada

Serpēs igēs

Attilii cōſilium.

erat vllum. Veterani tantum milites nuper e ſicilia cum Hamilcare aducti e ſuperiori loco
egregie dimicabãt: legioneſq; Romanas pedem referre aliquantū coegerant. Magna cū virtu
te romani adnixi vim ac naturam loci pene ſuperabant. In eam pugnam intentis cūctorū ani
mus: Conſul repente alia ex parte ſuperato monte propter caſtra hoſtium apparuit. Concla=
mari cœptum eſt vehementiſſime a caſtris: quo clamore conterriti qui prȩliabãtur omiſſo prio Ro. victoria
ri certamine aduerſus conſulem recurrebant. At ii qui cum Attilio erant ſuperiorem nacti lo=
cum facile hoſtes deiiciunt. Et tribuni legioneſq; qui modo pedem retulerant: acrius in hoſtē
conuerſi ab radice montis inſtabant: ita in medio circūuenti hoſtes vndiq; cædebantur. Deni=
q; magna parte eorū cæſa reliqui ſeſe per abrupta ꝓcipites dantes euaſere. Romani pulſis fuga
tiſq; hoſtibus: et illorum caſtris potiti: ad vrbem quam obſidebant reuertuntur: eãq; ſublata Thimes alii
iam auxilii ſpe confeſtim capiunt. Poſt hæc Attilius cū exercitu profectus Thimes oppidum Thunes
quindecim milibus paſſuū a carthagine circūſiſtit: atq; expugnat. Apud id oppidum (quoni=
am opportuniſſimum bello vrbi carthagini inferēdo videbatur: Conſul legiones collocat Se
deq; ea belli atq; arce vtitur. Carthago enim in promontorio quodã ſita eſt: in mare protēdēs.
Supra vrbem vero qua id promontoriū ad cæterã aphricam continetur: palus regionem coar=
ctat: Ita vt parua admodum planicies inter paludem: & alterū mare relinq̃tur. In his vero locis
Thimes eſt oppidum quod inter paludē ac littus regionē claudit. Nec plus diſtat a Carthagi
ne q̃ quindecim milib⁹ paſſuū. Apud id ergo oppidū cōſiſtēs. M. Attilius oēm a terra aditum
carthaginēſibus abſtulerat. Nec multū ea res ab obſidione diſtabat. Carthaginenſes vero īgē
tibus ꝓliis mari terraq; ab romanis ſuperati: amiſſa inſuper agri parte: & magnis cladibus af=
flicti: exiguã ſpem ſalutis trahebant. Poſt nouiſſimū enim ꝓlium quo ab romanis fuſi fugatiq;
fuerant: Numidarum ingens multitudo ſpe rapinarum pellecta: in agrum Carthaginenſem
ꝑdatū venerat: a q̃bus plures ꝓpe clades infligebantur Carthaginenſibus: Sociiſq;: q̃ ab roma
nis. Multitudo enim vaga & rapax gnara inſup locorum oīa rimabatur: Fuga ſimul omnium
pecorū ex agris in vrbē cū tumultu & trepidatione omnium erat. Amiſſo frumento: populatis
agris impediēte inſup obſidionis metu ab romanis: fames haud mediocriter ꝑmere vrbem cœ
pit. Tantis afflicti cladib⁹: nec quid agerent. nec quo ſe verterēt ſatis apud ſe conſtituere pote= Legati de pa
rant. Placuit tandē quoniã cætera omnia extrema videbanť legatos ad Cōſulem mittere: ſi de ce.
pace cū romanis cōuenire poſſet. Maxime vero ea fiducia ad pacē petendã ducebanť: q; longo
ante id bellū tpe fœdera & amicitiæ fuerant: inter romanū & Carthaginenſem populū contra
cta: ac nuper in pyrrhi epirotarū regis aduētu: magno cōſenſu vtriuſq; populi renouata. Itaq;
hoc fundamento ſuperioris beniuolentiæ ꝑſentes diſcordias facile ſopiri poſſe arbitrabãtur:
quãdo nō odio neq; acerbitate ſuſceptū erat bellū: Sed metu quodã maioris potentiæ: qua ne
conculcaretur italia romani formidarant. Principes igitur ciuitatis ad id munus delecti cum
ad conſulem veniſſent: agere de pace cœperunt. Multa circa id a Carthaginenſibus legatis di=
cta: cur pacem concedi petentibus prȩſertim cupientibuſq; prȩſtaret. Amicitiam inſuper: &
fœdera ſæpius inter vtrumq; populum renouata ex ſcripto recitauerunt. Et ſe fidos vetuſtoſ
q; populi ro. ſocios aſſerentes Cauſas autem belli non ex quibuſdam iniuriis: ſed inani ſuſpitio
ne coortas attenuare ſuſceptam cauſam nitebantur. Quoniam vero in fœderum mentionē Fœdera cū
incidimus vtile putamus ab initio repetentes fœdera ipſa: Vt ſcripta conuentaq; fuerant pro carthaginē=
cognitione rerum hoc loco inſerere. Primum fœdus īter vtrumq; populum initum eſt: ſtatim ſibus
poſt Tarquinium regno pulſum. L. Iunio bruto: &. M. valerio conſulibus in quo hæc fere com= Primum.
prȩhenſa fuerunt. Amicitiam fore populo ro. Carthaginenſiq;. Item romanorum Carthagi=
nenſiumq; ſociis. Non nauigare romanos ſocioſq; romanorum vltra promontorium pulchri.
Si quis eorū vi coactus his locis applicuerit nihil emitto: nihilue ſumito ꝑterq̃ ad ſacra vel ad
nauigia. Intra diem quintum inde abito. Mercimonii cā ſi aduenerint imunitas eſto: ꝑter ſcri=

bam et p̄conem.Quod aũt p̄ſentibus his in aphrica aut Sardinia venũdata fuerunt: de his publica fides eſto.Si romanorum quis in ſiciliã venerit quibus in locis Carthaginenſis populus imperaret æqua ſint omnia Carthaginenſes iniuriam non inferant Ardeatibus: Antiatibus: Aricinis:Circeis:Taracinenſibus:aliis ve latinorum quot parent romano populo.Si qua ciuitas non paret aliena eſto.Si quod oppidũ in latio ceperint Carthaginenſes populo ro.integrum reddito.Nullum in latio p̄ſidium ædificato.Si perduelles introirent in locis non pernoctato: hæc fere primo fœdere comprehenſa fuerant.Poſt hoc aliud fœdus initum eſt in quo additi

Fœdꝰ.ii. ſunt Tyrii et vticenſes eius fœderis verba fere ſunt hæc.Amicitia eſto populo ro.ſociiſq; & Carthagineſibus tiriiſq; & vticẽſibus vltra p̄montoriũ pulchri non licere nauigare Romanis ſociiſq; nec p̄dæ gratia nec mercaturæ.Neve quod oppidum his locis habere.Si qua oppida Carthaginẽſes in latio ceperint: ſi ea romanis non parebant:p̄da illorum eſto: oppida reddũto.Si qui Captiui abducti ex liberis populis quibuſcum ſit fœdus populo ro.in portus populi ro.non adducito.Si quis adductus fuerit:ſi romanis app̄henderit dimittito.Idem romani faciant in his locis quibus Carthaginenſes imperant.Si aquam vel commeatũ ſumpſerit populus ro.iniuriã non inferto:quibus amicitia ſit vel fœdus.Si non fuerit priuatus abito.Si vero publice iniuria eſto.In ſardinia et aphrica nullus romanorum ſociorum ve negociator.ne ve oppidũ poſſideto:p̄ter Cibaria vel ad nauigia.Si qua vis detulerit: intra quintum diem abito.In Sicilia quibus locis Carthaginenſes imperant.Item Carthagine romanus omnia facito:negocia-

Fœdꝰ:iii. torq; quod cuiq; licet.Idem Carthaginenſibus romæ ius eſto.Carthaginenſes iniuriã non inferunto.Ardeatibꝰ:Antiatibus:Circeis:Taracinẽſibus:& cæteris vt in ſuperiori fœdere exp̄ſſum eſt.Poſt hoc aliud fœdus inter romanos & Carthaginenſes initum eſt:per id tp̄s quo pyrrhus epirotarum rex in Italiã ac Siciliã traiecit.In eo fœdere eadẽ comp̄henduntur.Deinde adiunguntur hæc.Si amicitiam cum Pyrrho inierint:faciant ambo vt auxilium ferre alterutri liceat his quibus bellum infertur.Si Carthaginenſes ſocii ve auxilium romanorum poſtulabũt nauigia p̄beant ad traiiciendum belligerandũq;.Sin romani poſtulabunt:Carthaginenſes mari opitulentur.In terram vero vti deſcendant: nullus compellito.Stipendia vterq; ſuis perſoluito.Hæc erant fœdera inter vtrũq; populum.Litteriſq; romæ latinis.Carthagine fœnicibus æreis tabulis in publico ſcripta.Quæ tunc recitantes legati pacem ſe apud.M.Attilium facilius conſequi poſſe arbitrabãt:Conſul ſe haud ignarum fœderis eſſe reſpondit.Atq;.eo grauius offenſum populum romanum:q; Carthaginẽſes bellum q̄ pacem offerente nuper Appio claudio.Conſule malluiſſent.Nam licuiſſe populo romano Mamertinos liberum populum in amicitiam ſuſcipere haud ambiguum eſſe: cum in aphrica tantum et ſardinia habere oppidum romani ex fœdere prohibiti eſſent.In ſicilia autem non eſſent.Enimuero ſe ea de re diſceptationem omittere:quam illi ipſi nunq̄ iure fœderis introduxiſſent: ſed ferro potius conculcandã putaſſent.Vt autem ad præſentia reſpondeat pacem ſe haud abnuere quominus petẽtibus daret.Cæterum eſſe eius qui det pacem conditiones dicere.Itaq; ſi pacem velint Carthaginenſes:omnia ſenatus populiq; romani arbitrio poteſtatiq; permittãt.Eas laturi leges quæ ab illis p̄ſcribentur.Id Conſulis reſponſum adeo ſuperbum legatis viſum eſt:vt confeſtim reclamarent quid grauius tandem ad extremum victis foret imperaturus.Inde re infecta abeuntes cum in ſenatu Cartahaginenſium ea retuliſſent.Tãta eſt indignatio coorta vt cuncti vna voce reclamarent: mortem potius ac extrema omnia eſſe ſubeunda:menteſq; a pacis ſpe:ad Belligerandi ſtudium mirifice conuerterentur.

Finitur liber primus Pollybii.Secundus ſubſequitur.

REſponſo.M.Attilii Conſulis irritatis Carthaginenſium animis:& a
ſpe pacis ad ſtudium rei bellicę:quantum nunq̄ antea conuerſis: vt
in extremo euenire ſolet diſcrimine:maiora quædam enixiori ſtudio Belli ſtudium.
parabantur.Itaq̄ duces præficere:exercitum reparare copias cogere:
ſumma induſtria nō ceſſabant.Ex Gallia atq̄ hiſpania.Item ex Græ
cia ſcripti milites quotidie nauibus afferebantur. Acceſſierant & Xantipp9 peritia.
Xantippū lacedæmoniū rei militaris peritum.Is carthaginē cum ali
qua manu adductus:pcūctando & ſciſcitādo:cū queadmodū ſupera
ti eſſent cognouiſſet:nihil indigne paſſos Carthaginenſes ait:ſiqui=
dē iperite freti potētia:a peritis hominib9 ſupati eſſent.Errat a ſubin
de quibus res euerſæ forent:quaſi diſciplinam quandam aperiens docuit Oportuiſſe his in lo=
cis caſtrametatos eſſe:ſic aciem ſtruxiſſe:ſic elephantos:ſic equitum: ſic peditum robur collo=
caſſe.Hæc iactando atq̄ iterando græca facundia effecit: vt antiquatis cæteris ducibus: ſum
ma rei bellicæ vis ſibi mandaretur.Cura igitur exercitus per hunc modū ſuſcepta: inſtituēdo
militem atq̄ exercendo breui compoſuit:et ſeruare ordinē:diſciplināq̄ coegit. Tantaq̄ breui
tempore ob huius viri ſpem facta eſt conuerſio animorum: vt qui modo ne conſpectum qui=
dem romani exercitus ſuſtinere potuiſſent: vltro iam poſtularent: vt ad hoſtem ducerentur:
Cognito igitur militum ardore Carthaginenſes fortunam belli experiendam rati: aduer=
ſus hoſtem copias dimiſere.Ducebat autem Xantippus Carthaginenſium exercitum:nō per
colles aut montana loca ſed per campos vt prius docuerat. Q̄ꝫ enim equitatu elephantiſq̄
plurimum valebant: ea de cauſa aſpera decliuiaq̄ vitanda: plana vero appetenda illis oſten=
derat.M.Attilius cognito hoſtium aduentu q̄q̄ mutatam conſuetudinem et peregrinam di=
ſciplinam ſuperueniſſe intelligebat:tamen dimicandi cupidus obuiam proceſſit:ſuaq̄ caſtra M.Attili9 bellamdi auidus.
hoſtium caſtris q̄ proxime admouit:ita vt ſpacium non amplius q̄ mille ducentorum paſſu=
um intereſſet.In hac propinquitate Xantippus extra vallum primus copias educit: poteſta=
temq̄ pugnandi facit.Inſtruenda acie prima fronte elephantos ad vnum conſtituit.Poſt hos
aliquo interuallo multitudinem vrbanam collocauit:Dextro deinde ac ſiniſtro cornu condu= Acierū inſtructio.
ctum militem omneq̄ robur veteranorum diſtribuit. Expeditum queq̄ & celerem ab vtroq̄
cornu inter alas equitum pugnare iuſſit.Conſul vbi productas hoſtium copias proſpexit: mi
litem et ipſe confeſtim producit:aciēq̄ haud cunctanter ſtruit Aduerſus elephantes expedi=
tos toto exercitu delectos oppoſuit.Poſt hos multiplici ſubſidio aciem firmauit.Signa autem
militaria non in fronte ſed intra aciem continuit.Equitatum vero in vtrumq̄ diuiſit cornu:fu
it tota acies in fronte anguſtior:Cæterum multiplici ſubſidio firmata: quod ideo prouiderat
Conſul ne ab elephantis perrumpi agmen poſſet:Enimvero vt ad violentiam elephantorum
vtiliter id a conſule prouiſum:ſic ad periculum circumuentionis inutiliter.Nam cum longe Prelium acre.
equitatus multitudine pręſtarent Carthaginēſes:coarctatio ipſa:atq̄ conglobatio aciei faci
lem hoſtibus circundandi facultatem prębitura erat.Structiſq̄ vtrinq̄ aciebus: cum tubæ ca
nere cœpiſſent:Xantippus ſimul elephantos cōcitari in romanos ſimul ab vtroq̄ cornu:equi=
tatum q̄ infeſtiſſime ruere iuſſit Acriter aduerſus hoc concurſum eſt:ab equitatu romano: &
magna virtute ab vtroq̄ cornu inter equites dimicatum.Et aduerſum elephantorum vim
expediti milites valide reſiſtebāt.Quinetiā qui in leuo romanorū cornu pugnabāt:declinato
belluarū ipetu in dextrū Carthaginēſiū cornu ruētes.magnā cædē ediderūt: ac tādē i fugā ab
ea pte verſos hoſtes vſq̄ i caſtra pſecuti ſūt:caſtraq̄ ipa oppugnare cœperūt.Dū hi circū caſtra
morāt:interea varie labi fortuna prælii cœpit.Eqtes em̄ romani poſt lōgā pugnā ab eqtatu ho

ſtium ſupati: cum tantam multitudinem ſuſtinere non valerēt: ſeſe ad legiones ab vtroq; cor-
nu recepere. Magnum vero ac terribile certamen circa elephantos verſabatur. Beſtiæ enim plu-
ribus ex locis in expeditos: quos extra ordinem oppoſitos illis diximus ruentes: Pleroſq; eorū
fœda ſtrage conculcarant: reliquos in fugam verſos palātes egerant: Sed cum ad legiones vē-
tum eſſet: beſtiæ ſubſiſtebant. Firma enim ac ſolida romanorum acies elephantorum impetū
ſuſtinebat: nec perrumpere patiebatur: hoc certamen longe maximum fuit: Conantibus ele-
phantorum magiſtris aciem ꝑrumpere: romanis autem denſo ac ſolido agmine tanq̄ vno cor-
Xātippus pore reſiſtentibus. In hunc modum varie luctantibus: Variaq; fortuna prælii obſiſtente: Xan-
tippus vt ſolidam romanorum aciem labefactaret: circūire equitatum: ac extremo a tergo la-
ceſſere iuſſit. Quod cum equites pluribus locis facerent: ac legiones romanæ neceſſario con-
tra equites conuerſę illis reſiſterent: ac propellerent: interim rarefacta acies atq; diſiuncta ab
elephātis perrūpit: hinc cædes & ſtrages paſſim fieri cœpta. Inter hæc ad duo milia Romano-
rū militū: quos a læuo cornu ſuperatis vſq; in caſtra ꝓſecutos diximus cū circūuentā aciem ro-
manam conſpicerent: nec facultas remeandi ad ſuos daretur: quoniam media loca hoſtis te-
Regul⁹ ca nebat. Fuga abrepta in Clipeam euaſerunt. Ex reliquo autem exercitu ad quingentos dumta-
pitur. xat viui capti: & in his. M. Attilius Conſul: Reliqua omnis multitudo vel a beſtiis conculca-
ta vel ab hoſtibus cæſa interiit. Carahaginenſes parta victoria incredibili gratulatione ac
lętitia in vrbem copias reduxere. Maximo tamen ſpectaculo fuit. M. Attilius Conſul: ingens
exemplum rerū humanarum: qui modo tot victoriis glorioſiſſime partis terribiliſſimus erat ho-
ſti: & Carthaginenſibus ſuppliciter pacem orantibus vnicam eſſe viam pacis ſi ſe ſuaq; dede-
Rerū mu- rent reſpōderat. Is tunc victus nec potentia modo: Verum etiam libertate priuatus in eorum
tatio. poteſtatē quos pauloante cōtēpſerat deuenit: Poſt hæc carthaginenſes omnibus copiis profe-
cti Clipeam vrbem quæ ſatis magno præſidio romanorum tenebatur: & in eam ad duo milia
Clipea ob- vt diximus hominum ex prælio confugerant obſederunt: Romę vero vt profligatum in aphri-
ſidetur ca exercitum captūq; M. Attilium Conſulem: ac reliquas copias in Clipea obſideri nunciatū
eſt: meror ac luctus ciuitatem ꝑuaſit atq; eo acrior quo magis contra ſpem accidiſſe videbat:
Conuerſi deinde ad curam ſalutis eorum qui in Clipea obſidebantur: magnam claſſem paran-
dam ſtatuunt: et in aphricam dimittendam. Corthaginenſes interea Clipeam obſidebant: ac
ſumma vi oppugnabant. Sed tanta erat militum qui obſidebantur virtus: tātaq; prouidētia:
vt omnes hoſtium conatus in irritum caderent. Quāobrem deſparata ad extremum expugna-
tione: cum inſuper claſſem parari ab romanis qua rurſum in aphricam bellum traiicerent nun-
ciaretur: obſidionem diſſoluerunt: & ad curam parandæ claſſis et ipſi incubuerunt. Per hæc tē-
Xantipus i pora. Xantippus lacedæmonius quem prælio ducem fuiſſe oſtēdimus: incertum qua de cau-
gręciam re ſa repudiata belli cura in græciā abiit. Sunt qui putent inuidiam veritum quam plus nimio iā
dit. ſibi officere ſentiebat: emigrandi conſilium aſſumpſiſſe. Alii fortunam tentare rerum aduer-
ſus romanos horruiſſe: ne pulchro initio turpem finem imponeret: Vt cūq; tandem fuerit:
abiiſſe illum conſtat inter primam victoriam & ſecundum apparatum belli. Eius qui ſecutus
eſt anni principio veris Carthaginenſes ducentas naues (Tot enim parauerant e portu Car-
Claſſis. cc. thaginis) dimiſſas circa ſiciliam & media loca obſeruare nauigationem romanorum & im-
nauium. pedire iuſſerunt. Romani autem claſſem effecerant trecentarum & quinquaginta nauiū. Cū
Altera. ccc his. M. Aemyliū. & Seruium fuluium conſules: in aphricam traiicere: & in clipea qui obſidebā-
tur milites ſuſcipere iuſſerūt. Conſules igitur primo in Siciliam Claſſe traducta: cum inde rur-
Nauale ꝓ- ſus in aphricam nauigarent: non longe a Mercurii promontorio: ducētas hoſtium naues quas
lium. ad obſeruanda ea loca: impediendamq; nauigationem romanæ claſſis: a Carthaginenſibus di-
miſſas oſtendimus obuias habuere. Commiſſo cum his prælio romani. et virtute et numero
nauium longe prꝫſtantes (quippe trecentæ quinquaginta roſtratæ naues Romanorum aduer-

ſus ducentas Carthaginenſium congreſſæ dimicabant)primo impetu victoriā adepti ſūt
quattuordecim ſupra cētum Carthaginenſium naues in eo prælio romani cepere. Victis — Ro. vincūt.
ergo fugatiſꝙ hoſtibus cum in aphricæ littore copias expoſuiſſent ac milites qui in Clipea
erant ſuſcepiſſent:paucis in aphrica diebus commorati:rurſus inde ſoluētes Siciliam repe
tunt Tranſmiſſo proſpere pelago quod aphricam Siciliamꝙ interiacet: extremum Siciliæ
latus quod ad libyam exponitur tenuere.Ibi cum non procul Camerina eſſent in tantā Ca — Naufragiū
lamitatē inciderunt:vt vel ſcribere quis vel audire perhorreat.Aduerſa ſi quidem tempe- — maximum.
ſtas ſubito coorta Claſſem diſſipauit. Vt omnia circum littora naufragiis complerētur. In
credibilis multitudo cadauerum per vndas ferretur. Ex nauibus enim quattuor & ſexagin
ta:ſupra quadringētas vix octoginta incolumes a tempeſtate relictæ ſunt:Reliquæ omnes
aut ſubmerſæ vndis aut ſcopulis infractæ.Maius autē naufragiū nemo ante noſtrā ætatē
factum audiuit:Quod accidit temeritate & obſtinatione conſulū:Nautis enim ſæpi9 mo
nentibus vitandum eſſe externum Siciliæ latus:quoniam id importuoſum: ac infeſtum eſ
ſet:præſertim in ea anni tempeſtate.Inter orionis enim & canis ſigna nauigationem facie-
bant.Illi par uipendentes nautarum voces dum fiducia prioris victoriæ elati:vrbes quaſdā
hoſtium per id littus capere:properāt:gratia paruæ admodum ſpei in maxima damna ca
lamitateſꝙ ſe iniecere.Ita pulcherrimas res geſtas naufragia fœdarunt. Cognitis his quæ
romanæ Claſſi acciderant:Carthaginenſes quoniam nec terra ſe impares eſſe romanis pro-
pter ſuperius prælium aduerſus.M.Attilium.Conſulem factum:nec mari ꝓpter ingēs de-
trimentum ex naufragio accepto putarent: maiori iam animo ad pedeſtres ſimul mariti- — Haſdrubal
maſꝙ parandas copias adnituntur: Haſdrubalem itaꝙ cum omni veterano exercitu:no- — in lilibeum.
uoꝙ inſuper delectu habito:& centum quadraginta elephantis in Siciliam miſerunt:ac ex
veteribus nouiſꝙ roſtratis Claſſem ducentarum nauium effecerunt.Haſdrubal igitur pro
ſpere traiecto pelago copiiſꝙ omnibus et elephantis incolumibus lilybei expoſitis:roma-
norum ſocios per Siciliam infeſtabat Romani autem etſi grauiter calamitates ex naufra-
gio acceptæ patrum ſimul plebiſꝙ fregerant animos:tamen ne concedere carthaginenſi-
bus viderentur:nouam claſſem centum & viginti nauium ædificandā curarūt. Quod tā-
ta celeritate factum eſt:obſtinatis in bellum animis:vt Nonageſimo die poſt cæſam in ſil-
uis materiam in mare naues deducerentur.Cum ea claſſe.Aulus Equilius:&.C.Corneli9 — Claſſis no
cōſules petere ſiciliam bellareꝙ aduerſus pœnos iuſſi Meſſanam peruenerunt. Ibi acce- — ua Ro.
ptis quæ naufragio ſuperfuerāt nauibus (tota ſimul Claſſe trecentæ quinꝙremes hæ fue-
runt)Profecti panormū quæ vna vrbs per id tempns ſociis populi romani maxime infeſta
erat.magna vi aggrediūtur. Per idem fere tpſ:M.Attilium regulum quē ſupra captū dixi- — Regulus Ro
mus Carthaginenſes romā miſerūt.Cauſa vero mittēdi fuit:ꝙ cōmutationē captiuorū fie — mā miſſus.
ri optabāt.Idꝙ per fauorē ei9 viri facile ſe cōſequi poſſe arbitrabant. Verū ea res cōtra eue
nit:Nam cum romam veniſſet Attilius:atꝙ de ea re in ſenatu verba feciſſet: Rogatus &
ipſe ſententiam diſſuaſor fuit cōmutationis faciendæ.Inter Cætera inquit veteri ſe ne ve-
nenum præſentaneum Carthaginenſes ſibi præbuiſſent:Id ex quibus rebus quas referre ſu
peruacaneū foret nō immerito ſuſpicari:Ob ea verba cum poſtea Carthaginē re infecta re- — Reguli &
diiſſet ſupplicio affect9 eſt Romæquoꝙ in quoſdā nobiles Carthaginēſiū q captiui aſſerua- — carthagiñ.
bantur ob vindictā. M.Reguli ſæuitū. Dū ea romæ geruntur. Interea panormum ſumma vi — ſupplicia.
terra mariꝙ oppugnabāt.Aliquod tempus circa illud commorati tandem eam partem vr
bis quæ neapolis appellabatur:machinis ac vi militū ceperunt quo facto reliqua vrbis pars — Panormū
metu adductis ciuibus Conſulibus deditur.Capto panormo Conſules præſidioꝙ impoſi- — capitur.
to:cum nihil fere aliud geſſiſſent e ꝓuincia diſceſſere.Proximus de hinc annus cōſules ha
buit.C.ſeruiliū.&.CN.Semproniū:Hi accepta Claſſe cū primū in ſiciliam traieciſſent:Pla
cuit inde rurſus aphricā petere.Delati igitur om nibus nauibus cū plurib9 i aphrica locis ꝙ

Myrmix.

pias expoſuiſſent:magnaſq; vbiq; intuliſſent clades : tandẽ in lothophagorum inſulã quæ
Mirmix dicitur(nec lõge abeſt a magna ſyrte)peruenerunt: Ibi ignoratiõe regiõis in arcta
quædã incidentes loca:refluxu maris in arido deſtitura claſſe:inopes conſilii aliquãdiu cõ
ſtiterunt.Cum pene deſperata ſalus eſſet:tandem rediens vnda eos recepit.Nec aliter q̃ ia-
ctu omniũ onerũ euadere potuerunt. Itaq; poſt hac neceſſariorũ pœnuria ac metu prioris
periculi ſic iter fecerũt vt fugæ ſimilis eorũ nauigatio videretur:Poſt multos labores in Si-

Naufragiũ Romanorũ.

ciliã reuerſi panormi conſtiterunt.Ibi aliquãdiu cõmorati cũ Italiã remq; peterẽt coorta
ſubito tẽpeſtas in altũ arripuit:lateq; diſpſit Supra Centũ & quadraginta naues ex ea claſ
ſe variis in locis naufragio periere:Tãtis calamitatibus acceptis populus romanus et ſi tur-
pe exiſtamabat:tamen damnoꝝ magnitudine ſupatus:mari abſtinendũ:ac terra aduerſus
pœnos pugnãdũ ſtatuit.Itaq; eo qui ſecutus eſt anno nõ amplius:q̃ ſeptuaginta nauibus
ad traducendũ in ſiciliã copias:frumẽtumq; importandũ Romani vſi ſunt.Cũ his.L. Ceci

Elephãtiſ formidinẽ ĩiiciunt Ro.

liũ.Metellũ &.C.Furiũ conſules exercitũ in Siciliã traducere iuſſerunt:terraq; tantũ ad-
uerſus hoſtẽ bellũ gerere.Quo facto accidit rurſus Carthaginenſiũ rẽ ſupiorẽ eſſe.Nam &
mari ſine controuerſia dominabant̃ ſublata romana Claſſe:& terra magnas copias elephã
toſq; habebant: quorũ tãtus erat terror poſt Attiliũ victũ:a ciemq; pfligatã:vt & biẽnio iã
nullo alio: q̃ elephantorũ metu a præliis abſtinerent.Collibus ſe ac montibus tutarentur
nec in campis pugnas capeſſere vnq̃ auderent.Quamobrem ad extremum populus Ro-
manus hoc exercitus metu animaduerſo neceſſitate ipſa compulſus: ad ſtudium parãdæ
claſſis rurſus ĩcubuit.Et iã alter Cõſul.C.Furius comitiorũ cã romã reuocatꝰ: Cõſules deſi
gnauerat.C.Attiliũ:&.L.Maniliũ:Cõuerſis igitur ad rẽ naualẽ animis: & futurũ annũ ſpe

Metellus.

ctãtibus præter ſpẽ oĩm res pſpera.L.Metello in Sicilia gerit̃.Haſdrubal enĩ Carthaginẽſiũ
dux(quoniam relictum conſulem alterum in ſicilia cum parte dum taxat copiarum ex ca-
ptiuis cognouerat.)Lilybeo profectus exercitum elephãtoſq; in panormitanum agrum in
duxit.Metellus cognito hoſtium aduentu: intra panormi mœnia exercitum continebat:
metũq; induſtria maiorem ſimulabat:quod cum plures dies feciſſet:nec lixas: quidem aut

Metelli ſtratagema.

Calones extra portas exire pateretur.Elatus maiori fiducia Haſdrubal.Vaſtatoq; vndiq;
et incenſo agro:tãdem copias panormi mœnibꝰ admouit.Metellus cum appropinquaret
mœnibꝰ:velocẽ:quẽq; & expeditũ militẽ emittit hiſq; irritare atq; diſtinere hoſtem iubet.
Aduerſus aũt elephãtos(qm̃ illi plurimũ terrori erãt)hac arte pugnare monet:telis veru-
buſq; beſtias impetere:Vbi illæ iratæ in eos magno impetu ferrerentur: vſq; ad foſſas vr-
bis militem refugere:& in foſſas ipſas ſe dimittere.Inde rurſus cum beſtiæ recederent pone
aggredi in ſuoſq; eas cõcitare.Multitudinem inſuper vrbanam ab ea parte oppidi pro mœ
nibus conſtituit:& vbi appropinquarent elephanti tela omnifaria in illos iacere precepit.
Ipſe paratis inſtructiſq; reliqs copiis:diuerſa regione vrbis: ad leuũ hoſtiũ cornu ſpectãte in
tentus rei bene gerendæ ſubſiſtebat. Nihil eorũ quæ cogitauerat Metellũ fefellit.Nã & ex-
pediti vrbe egreſſi incepta pugna hoſtem diſtinuere.Ac elephantorũ magiſtri plurimũ ſi-
bi arrogantes:& victoriã ſuam eſſe volentes.Confeſtim vt pugnare cœptum eſt.beſtias in
expeditos cõcitarunt. Et illi telis in beſtias cõiectis:cũ cõcitatiori gradu in eos ruerent fu
gerunt.infeſtiuſq; ſequentibus in foſſas vrbis ſe dimittẽtes earũ impetũ fruſtrati ſunt.Cũ
enim ad aggerem foſſarum pueniſſent beſtiæ vno in tpe a militibus ex foſſis et a multitudi
ne Vrbana ex mœnibus ſagittis et ſcorpionibus feriebantur: Cumq; illæ vltra aggerem
progredi non poſſent:ac neceſſario terga vertenda forent:egreſſi confeſtim e foſſis milites
ac pene illas ferientes in hoſtium agmina cũ ingenti ſuorũ ſtrage concitarunt. Turbatis in
hunc modum hoſtibꝰ.Metellus repente alia: vrbis parte eductis copiis magno impetu in
uadit.Illi iam pridem a beſtiis turbati:& tũc ſubita vi oppreſſi: vix primũ impetũ ſuſtinue

re fugaq̃ paſſim fieri cœpta eſt. Metellus fugientes inſecutus: nullo in loco conſiſtendi hoſti-bus: aut reparandi vires facultatem permittit. Fit magna Carthaginenſium Cædes: multi eorũ a beſtiis ſuis conterunt. Ex hoc prelio Haſdrubal cum parua exercitus pre fugiẽs euaſit. Reliqui aut capti: aut interfecti ſunt. Elephanti omnes in poteſtatem victoris viui peruenerunt: Fuit autem numerus elephantorum captorum centũ & quadraginta: qui poſtea romę in triũpho a metello ducti ſunt: Cum ſumma admiratione populi romani. qui quas paulo ante ſupra modum formidauerat beſtias: eas tunc victas captiuaſq̃ conſpexit: Nec tantum ex pręſenti victoria fructum ſuſcepit quantum q̃ iam contẽnere elephantos nec ob eas terreri miles didiciſſet. Metell⁹ igitur magnis rebus geſtis e prouincia diſceſſit. hunc ſecuti conſules. C. Atrilius & L. Manilius: maiori q̃ antea conatu Siciliam inuadunt. Mariq̃ claſſe magna in qua amplius: q̃ ducentę naues roſtratæ fuerunt: quas ſuperiori hyeme paratas diximus. Terra autem victore exercitu: & iam carthaginenſes elephantos aſpernante. Lilybęus eſt Siciliæ promontorium in aphricam ſpectãs: ac in eo vrbs eius nominis ampliſſima & munitiſſimo loco ſita. Ea ſedes ac port⁹ Carthaginenſium erat. Hanc igitur vrbem conſules obſidere ac mari terraq̃ oppugnare pergunt: ſperantes ſi eum locum Carthaginenſes amiſiſſent: facile poſthac: eos Sicilia pellere & bellum in aphricã traducere poſſe: Profecti igitur eo cõſilio mari claſſe: terra pedeſtribus copiis lilybęum obſederunt. Erat autem hic annus decimus octauus hui⁹ belli: Carthaginenſes vero cum propoſitum romanorum intuerentur: nec lateret eos lilybęo amiſſo in aphrica recipiẽdum eſſe bellum: quod illi periculoſiſſimum exiſtimabant omni conatu lilybęum ſeruare conſtituerant. Iam enim omnes Sicilię populi vrbeſq̃ pręter admodum paucas romanis parebant. Cum ab initio mox ſyracuſæ: atq̃ catina: inde agrigentum & panormum cũ æthnenſibus & Tindaritanis: ac aliis compluribus ciuitatibus vel ex fœdere vel manu captæ romanorum partibus acceſſiſſent: Lilybęum tamen & drepanum & alia quædam oppida per opportuna Carthaginenſibus in extrema ſiciliæ parte reſtabant. Conſules igitur lilybęum obſidentes binis caſtris ex vtraq̃ parte vrbem ſepſerãt: foſſamq̃: & aggerem inter caſtra deduxerant: crebraq̃ per media loca caſtella excitarant: Stagna ſunt ante vrbem ex ea parte quæ ad mare ſpectat perq̃ ea ſtagna ingreſſus in portum difficili ad modum nauigatione: nec niſi expertis conſuetiſq̃ obtinenda: hęc loca romani ſtationibus compręhenderãt: & nequis ingredi egredi ve poſſet curioſiſſime obſeruabãt. Machinis inde & arietib⁹ lõgo ſudore mœnib⁹ ipſis admotis: ſex continuo turres ab ea ipſa parte quę in mare ſpectat euerterant: reliquis vero eodem modo per ſingulos dies imminebant: Quaſſata igitur murorum parte cæteris vero labo rantibus terribilis admodum erat obſeſſio: & intra vrbem ſumme trepidabatur: Exanimata metu vrbana multitudine: & militibus mercede conductis: quos ad decem milia intra vrbem carthaginenſes habebant: non fere meliori animo euentum ſpectantibus. Cæterum vnus Hymilcon qui pręſidio vrbiq̃ pręerat: obſidionem romanorum magnitudine animi. & conſilio ſuſtinebat. Hic enim iam inde ab initio incipiens quacunq̃ romani muros arietibus quaſſabant: alia ipſe intra vrbem mœnia munimentaq̃ ſufficiebat. Aduerſus autem Cuniculos ipſe aliis cuniculis eductis laborem obſidentium fruſtrabatur. Eruptiõibus etiam crebris interdiu vel noctu machinis incendebat. opera turbabat: aut deiiciebat: Verum hæc talia erant vt procraſtinationem captiuitatis: non ſalutem obſeſſis allatura viderentur. Itaq̃ nonnulli conductorum: qui ordinem pręſidio carthaginenſium ducebant: de prodenda romanis vrbe conſilium ineunt. Traductiſq̃ in hanc ſententiam commilitonibus: principes ipſi munitione tranſgreſſi: in caſtra romana proficiſcuntur. Affati conſules & quę voluerant pacti tradere vrbẽ feſtinabant. Erat in pręſidio Carthaginenſi Acheus quidam & Alexon veteranus miles ac probatę fidei. Is cum ea quę de proditione agitabantur forte a cõmilitonibus didiciſſet. Confeſtim hymilconi præfecto præſidii rem pandit. Ille ab initio magnitudine periculi commotus: & ſi

Cartaginẽſiũ cædes.

CX. Elephanti capti.

Cõſulum claſſis

Lelybeus.

Lelybei obſeſſio.

Hymilconis virtus.

proditores

Alexõ fidelis index

inopinata re maiorem in modũ obſtupuerat: nec rationem conſilii ſatis explicabat: Tamen celerius ad ſe reuerſus & animo confirmatus: omnes qui ordinem in pſidio ducebant accerſiri iubet. Conueniunt omnes præter eos qui iam in caſtra romana tranſierant: Hymilcon præſentibus rem ſibi notam aperit: obteſtaturq per iouem ac cęteros deos: ne iuriſiurandi religionē: neve ſe ducem optime de exercitu meritum prodere hoſtibus velint. Magna inſuper præmia ſi in fide pmaneant pollicetur. Cum reſpondiſſent oẽs ſe in eius poteſtate futuros: proinde ageret ac ſuo arbitratu vteretur: quod iam reliquum erat: ad placandã multitudinem gallorũ militum: quorum principes in caſtra romana profectos cõſtabat: Hãnibalem aduleſcentem eius filium quem in Sardinia poſt amiſſam Claſſem ſublatum in crucem diximus: q galli ſub patre diutius militarant: q magna gratia apud illos erat aduleſcens: dimiſit. Ad alios item milites alexonem ire iuſſit. Et magna item pmia multitudini polliceri: Horum precib9 oblatiſq præmiis tandem victi milites propoſitum mutauere: Itaq aduentantibus mox principib9 cõiurationis: eoſq nominatim vocantibus: ac fidem implorantibus non modo non paruerunt: Verum etiam telis & lapidibus inſectati pcul fugarunt. Ita ex manifeſto proditionis periculo lilybęũ ſeruatur. Obſidio nihilomin9 dura in dies magis ac magis obſeſſos pmebat: & aut aſſiduo opere fatigati milites aut crebris pliis vulnerati remiſſiori ſpe in dies vtebãtur. Carthaginenſes aũt q̃q̃ nihil eorum quę lilybęo agebantur cognoſcere poterant: tamen coniectura quadam difficultates obſeſſorũ ſuſpicati quinquaginta nauibus ad hoc ipſum paratis decem milia militũ impoſuere. Cum eo ſupplemento Hannibalem Hamilcaris filium audacem iuuenẽ ac ſingulari ſcientia rerum naualiũ mittunt: ac ſiqua poſſit lilybęum penetrare iubent. Hãnibal accepta claſſe: primo ad Eguſam inſulam quę fere media eſt inter Carthaginem & lilybęũ nauigauit. Nactus deinde proſperum ventum quem de induſtria expectarat: ab eguſa ſoluẽs in ipſas fauces lilybetani portus recto itinere ferebatur. Conſules ſubito ac improuiſo aduentu hoſtium perculſi: nauibus aduerſus Hãnibalem congredi voluerunt: Veriti ne magnitudine venti aduerſante vna cum hoſtibus in ipſum portum naues ſuæ compellerentur. Armati tamen ad littus ſi qua hoſtem ab ingreſſu deterrere poſſent concurrerunt. Hãnibal nihilo magis deterritus cum ſuis nauibus aduolat interq armatas legiones quæ ab vtraq parte fauces portus obſidebant ingreſſus: in colume ſupplementum lilybęi expoſuit ea die cum ob aduentum nouarum copiarum ſumma lętitia apud oĩes lilybei eẽt: magnaq fiducia animi apd nouos pſertim milites: quoniã Romani aduerſus eos congredi non fuiſſent auſi: Hymilcõ nequaq̃ eam occaſionem perdendam ratus nouos ſimul vetereſq milites in concionem vocat. Longa oratione illorum animos confirmat. Victoriam in manibus eſſe docet: præmia ingentia fortibus viris pollicetur: Proinde tunc abirent ad curanda corpora: poſtero die prima luce armati omnes in foro adeſſent: pulcherrimã rem ſi diis placet geſturi. Magna ſpe omnes e concione abierũt poſtridieq armati aderant iuſſu Hymilconis expectantes. ille quæ facere eos velit pręfatus partes diſtribuit: duces pfecit: pluribus ſimul locis eruptionem facere ac machinas omnes tormẽtaq & cætera quæ romani. oppugnandę vrbis cauſa effecerant incendere iubet: At Cõſules & ſi nihil eorum reſcierant: tamen hoc ipſum fore coniectura ſuſpicati: prima luce militẽ arma capere: & circa vrbẽ intẽtũ: q̃ maxime eẽ iuſſerant. Itaq vt Carthagineñſes vrbe egreſſi ſunt. ſtatim ab ro. illis occurritur: ac pręlium multis ſimul locis repente cõmittitur: illis incẽdere machinas: his prohibere ab incendio pperãtibus: Nec fere alias vnq̃ atrocius: q̃ ea die pugnatum. Nam Hymilcon: qui ſupra viginti armatorum milia ad hoc ipſum delecta ex vrbe p duxerat. Conſules autem exercitum oẽm: legioneſq ad reprimendũ hymilconis conatũ circa mœnia diſpoſuerãt. Q autem extra ordinem pugnabat: eo cõtingebat inſigniora fieri pericula. Vir enim aduerſus virũ quaſi ſinguli certamine depugnabat: Verũ maxima pugna terribiliſq clamor circa machinas erat. Cõſules enim fortiſſimũ quemq legionarium militem pro

Hannibal ſuppetias fert.

Hymilconis concio

Prælium atrox.

machinis collocarant. In hos Carthaginenſes magno impetu ab vrbe ruentes: non ſolum armis verum etiam facibus loco pellere conabantur: illi vero obſtinate perſtabant.

Pręliū acre

Cuncta igne & ferro percuſſione telorum vociferationibus ac clamantium cohortantiumq́ miſcebantur. Poſt longum certamen variaſq́ fluctuationes ac multas cædes: tandem Hymilcon (quoniam nihil proficere poſſe intelligebat) receptui canere iuſſit: Romani ea die incredibili virtute contra vim hoſtium machinas, omnes operaq́ tutati ſunt.

Hānibalis elapſus

Poſt hæc Hānibal paucis diebus lilybęi commoratus cum his: quas ipſis adduxerat nauibus intempeſta nocte: ne ſentientibus: quidem hoſtibus lilybeo ſoluens incolumis abiit: ac drepanum ad Atherbalem Carthaginenſiū ducem qui drepano claſſiq́ p̄erat nauigauit. Durante vero lilybei obſidione: & aliquod tempus poſt receſſum Hannibalis protracta: ſenatum Carthaginenſium ingens cura habebat: ea quæ lilybęi fierent cognoſcendi: poſt Hannibalis enim receſſum ſic vrbem p̄ſſerant romani: vt nec ingredi quiſq̄ nec egredi vnq̄ potuerit.

Rhodius audax.

In hoc deſiderio ſenatus profitetur ſe quidā vir rhodius ſua naui inuitis hoſtibus lilybęum aditurum: req́ inſpectā Carthaginem renunciaturū. Eius profeſſionem etſi lætis auribus acceperat ſenatus, tamen quia romana claſſis ante fauces ipſas portus ſtationem habebat: impoſſibilem cuncti rem arbitrabantur. At Rhodius nihilo magis perterritus ſua naui aduehitur: Cūq́ proximę quę contra lilybeum eſt inſulę applicuiſſet: nactus poſtridie ſecundam tempeſtatem circiter quartam diei horam ſpectantibus hoſtibus in portum nauigauit: tanta celeritate: vt ſtudium occurrentium impedientiūq́ pręueniret. Romani eius audaciam indignati, quo abeuntē interciperent decem naues quas velociſſimas habebant: in ipſis faucibus ea nocte continuerunt. Cumq́ his alter Conſulum obſeruans receſſum eius nauis excubauit. At Rhodius poſtq̄ abire placuit non noctu ſed per diē: nec clā: ſed aperto itinere: quaſi aliis quibuſdam intet naues romanas p̄terlapſus eſt. Nec euaſiſſe contentus vbi hoſtes pręteriit: conuerſa in eos prora ſingulas naues in pugnam prouocauit: nec qſq̄ romanorum adire voluit: verentibus cunctis ſtupendam: quandam celeritatem: ac ludificandi artem quam paulo ante conſpexerant.

Carthaginē redit

Ille igitur Carthaginem reuerſus cuncta vt oculis viderat ſenatui enerrauit. Eiuſq́ poſtea exemplo quidam item alii idem facere: auſi ſunt: Ex quo eueniebat nihil eorum quę lilybei gerebantur Carthagine ignorari: Hanc ludificationem hoſtium cum grauiter ferrent conſules: nec prohibere poſſent: quoniam plærunq́ repente improuiſo nauigationes ex proximis inſulis per aduerſam ſibi tempeſtatem fiebāt: ad tollendam eā facultatem: militari opere fauces portus obſtruere tantarunt. Eius rei cauſa naues primū onerarias complutis ſuburra onuſtas profunde diſtituere. Mox ſuper eas infinitam pene vim aggeris ingeſſere: irrito tamen labore: quoniam vaſta profunditas cuncta ingeſta longe abſorbebat: & fluxus refluxuſq́ maris omnia iacta funditus diſſipabat. Aegre tandē vna ex parte qdam aggeris conſtitit: ad quem poſt hac conſiſtentes romani: quadriremem vnam Carthaginenſium egregie velocem intercepere: hanc igitur armatam ſtructāq́ in portu ipſo continentes aduentum Rhodiæ nauis expectabant. Illa vero caſu aduenit & ſolita velocitate pręteruecta portum ingreſſa eſt. Sed dum abire vellet ſecuta e veſtigio quadriremis p̄mere abeuntem cœpit. Rhodius velocitatem eius quæ ſequebatur nauis admiratus vbi quadriremē captam ab romanis intellexit deſperata fuga congredi aduerſus hoſtes ac depugnare compellit̄. Sed poſtq̄ ad manus ventum eſt: nullo negocio. Rhodius ſuperatus expugnataq́ eius naui ipſe capitur: Naue de hinc Rhodia ad quadriremē Carthaginenſes ſuperaddita cum vtraq́ velocitate præſtaret: romani ſtructas ſemper in portu parataſq́ tenentes ingreſſum hoſtium de cætero prohibuerunt.

Capitur Lilybęum obſeſſum.

Lilybęum interea non ſegniter oppugnabatur. Et iam ſatis magnam partem murorū arietes euerterant: ſed pro euerſo nouum continuo murum obſeſſi ſufficiebant. Eruptiones autem facere & opera incendere non amplius attentabant. In hunc modum cum aliq̄diu perſeueratum eſſet fortuna rei bene gerendæ occaſionem obſeſſis præbuit. Ventus ſi

Tēpeſtas valida

quidem quodam die maiori vi coortus ita vehementer efflare cœpit: vt machinas omnes opeꝛaq; ſtridore ac procella conflictaret: quarundam vero turrium tabulata dirripiens longe auferret. In hac turbatione rerum Hymilcon eruptionem facere ſuos: ac ignem machinis iniicere iubet. Id eo facilius fuit. ꝙ ventus ab vrbe machinis perflabat. Itaq; violentia venti delatus ignis facile in opera concidit. Q2 autem materia erat arida ac iam diutius ad ſolem exuſta eo auidius ab igne corripiebat. Ventoq; dominante cum nulla hūana ope reſiſti poſſet: omnia tandem vno incendio abſumuntur. Tantaq; fuit vis ignis: vt non materiam modo: verum baſes quoq; ipſę quibus ſtabilitæ erant turres cremarentur. & arietū capita liquefierent. Poſt hæc Conſules: quoniam longi temporis opera breuis hora perdidiſſet: machinas reficere: & operibus vrbem oppugnare deſtiterunt. Sed eam vndequaq; cingentes lenta longaq; obſidione domare hoſtem ſtatuere: nec prius abſcedere: q̄ lilybęum caperetur. At Hymilcon & Iis qui cum illo erant refectis quæ corruerant mœnibus obſidionem iam ocioſe tolerabant: Cum hic eſſet ſtatus rerum in Sicilia nouum ſupplementum ex Italia venit. Senatus eñ poſtq̄ cremata opera lilybęi cognouit: & vrbem vndiq; a conſulibus cinctam: quoniam magna hominum multitudo in his diſtinebatur: multi etiam in ipſa obſidione interierant: & pene vacuefacta erat claſſis nouo delectu habito decem milia hominum in ſupplementum miſit. Hi meſſanam primo traducti: inde pedeſtri itinere in caſtra ad lilybęum venere. Iam Appius Claudius pulcher Cōſulatū inierat acceptoq; ab anteceſſoribus exercitu caſtris apud lilybęum p̄erat. Vt primum

Ap. Cōſulis cōſiliū.

igitur ſupplementum affuit a ſenatu miſſum: Conſul vocatis ad ſe centurionibus edicit ſibi eſſe in animo claſſem hoſtium quæ in drepanitano erat portu improuiſo inuadere. Eos enim q̄ drepani eſſent aduentum nouarum copiarum ignorare: Putare autem omnem exercitum: vt antea in lilybęi obſidione diſtineri: Itaq; ne ſuſpicari quidem eorum impetum ſi celeritate vtātur: & improuiſi adſint: claſſem totam Carthaginenſium in ipſo portu oppreſſuros: Id tandē conſilium vbi centurionibus quoq; tribuniſq; ꝓbatū intellexit: cōfeſtim ex veteribus nouiſq; copiis milites delegit: naueſq; cōpleuit: centū vigintiquattuor. In his fortiſſimus quiſq; e toto exercitu fuit. Nam ꝙ propinqua erat nauigatio. & præmiorū optima ſpes: nemo id munus recuſabat. Plęriq; etiam vltro ſe conſuli ingerebant: Paratis oībus q̄ paranda erāt Cōſul intempeſta nocte magno ſilentio nequid ſentire hoſtis poſſet: lilybęo ſoluens. Drepanum verſus nauigauit. Drepano vt antediximus pręerat Atherbal Carthaginenſis claſſemq; in portu habebat. Nā propter opportunitatem eius vrbis: portuſq; amplitudinem: ac bonitatē p̄cipua ſemper cura fuit Carthaginenſibus eius loci conſeruandi. Abeſt aūt Drepanū a lilybęo milia paſſuum circiter: quindecim. Ab ea parte quę Italiam verſus pelorumq; proſpectat. Confecto igitur per noctem eo ſpacio: prima ſub luce naues romanę his qui drepani erāt apparere cœperūt.

Atherbal ſtrenuitas

Hinc tumultus & trepidatio apud hoſtes maiorem in modum excitata eſt. Atherbal vero & ſi primum inopinato romanorum aduentu perculſus erat: tamen celeriter ad ſe reuerſus: & animo confirmatus tentare fortunam p̄lii ac periculis ōmibus vltro ſeſe offerre conſtituit: Cuncta potiora ducens: q̄ expectare dum in portu ipſo circūuēt⁹ ſumma cū ignominia ab hoſtibus opprimatur. Itaq; ſtatim turbā remigum nautarūq; ad littus cogit. Milites autem tuba cōuocat: & ꝓ tēporis anguſtia cohortatur: animoſq; illorū verbis cōfirmat. Addit extrema in oratione nō ſeipſos in pericula rogare. Se quidem primum iturū nec verbo magis: q̄ re ducem in p̄lio futurum: p̄inde nauim ſuam conſpiciant: eāq; ſequanť. His dictis cum p̄ſto ſe fore ſignificaſſent milites: p̄inde duceret: atq; vteretur: nihilo cōmoratus naues conſcendere iubet. Ipſe vt pollicitus erat: princeps duxit diuerſa regione portus q̄ romani aduentabant: Conſul igitur hoſtes conſpicatus: quando illi vt ipſe crediderat: nequaq̄ cedebant: ſed ad pugnā parabātur: naues ſuas quarum magna iam portū pars intrauerat reuocauit: quo in loco cū primę naues dicto conſulis audiētes iter vertiſſent: aliæ nondū audito iuſſu ꝓperarent: tāta cōflictatio

Ro. error

facta eſt aduerſis exeuntibus intrantibuſq;. Vt extremo in periculo claſſis romana conſtitueretur. Ea primum imperitia ducis animos militum fregit. Demum magno labore explicatis nauibus vt queq; adueniebat: prefecti in ordinem iuxta littus collocabant. Conſul autem ipſe ab initio poſt oēm claſſē ſequebat. Tunc vero altum petens leuum ſuorum cornu obtinuit. Inter hæc Atherbal ſupra leuum romanorum cornu in altum progreſſus contra conſulem a pelago conſtitit: nauiſq; ſuæ proram in hoſtes vertit. Idem aliæ naues que ſequebantur ad vnā fecere. Ex quo euenit dextrum carthaginenſium cornu in pelagus magis extendi; læuum autē a littore multum diſtare. Romanorum vero dextrum cornu littus attingebat: quod ideo prouiderant: ne ab hoſtibus qui e portu euadebant circūueniri poſſent: Siniſtrum vero romanorū cornu in pelagus quidem protendebatur: non tamen ita altum tenebat: vt dextrum Carthaginenſium cornu. Structis paratiſq; omnibus. Atherbal eodem ordine a pelago in romanos defertur: Idem faciunt romani. Vtq; in propinquo fuere: ſignis & pretoriis nauibus ab vtraq; parte ſublatis clamor terribilis ad cælum tollitur: & concurrentibus interſe pugna committitur. Diu acriter certatum eſt. Vt pote viris fortibus ex vtroq; exercitu ad prælium delectis progrediente vero longius pugna Carthaginenſes preualebant. Cauſa erat q̄ illi celeres habentes naues a pelago inſultabant: Itaq; ſi quam eorum nauem romani preſſerant confeſtim celeritate freti in altum euadebant. Si hoſtes ſequebantur in eos plurimæ conuerſæ eadem celeritate circundabant: ac liberiori ſpacio commodius vagabantur. At romanis magna proximū littus impedimenta afferebat. In arcto ſiquidem coactæ ſpacio neq; refugere cum opus eēt neq; ſe explicare commode poterant. Sed & ſcopulis & ſaxis quibuſdam impediebantur: ex quo fiebat vt fortium virorum manus inutilis eſſet. Ac neq; ſe tutari neq; ſuccurrere laborantibus valerent. Conſul igitur cum rem in deterius labi cerneret amiſſa ad extremum ſpe: omniū primum fugam arripuit: Triginta naues omni ex claſſe eum ſecutæ euaſerunt. Reliquæ tandem expugnatæ in Carthaginenſium venerunt poteſtatem: cum magna iactura populi romani q non modo naues: ſed optimum quemq; militem ex toto exercitu hoc prælio amiſit. Atherbal igitur vt par erat magnam laudem aſſecutus eſt: Vt pote qui magnitudie animi: & induſtria amiſſam rei maritimæ gloriam ciuibus ſuis recuperaſſet. Hæc vbi romæ nunciata ſunt confeſtim Appius claudius romam vocatus conſulatu ſe abdicare coactus eſt. Tandem poſt ignominiam in iudicio concidit. Non tamen ob id vulnus: q̄q̄ inſignius acceptū: quicq̄ remiſſum eſt a populo romano priſtine animi generoſitatis: ſed confeſtim parata claſſe: nouoq; delectu habito. L. Iunium Conſulem in Siciliam ad lilybeum nauigare iuſſit. Ille igitur vt conſulatum iniit cum ſeptuaginta roſtratis nauibus Meſſanam delatus reliquas ab omni Sicilia preterq̄ a lilybeo naues contraxit: Claſſemq; fecit roſtratarum centum & viginti præter has onerarias habebat frumentationis cauſa Circiter octingentas quis deferre commeatum in caſtra ad lilybeum ſtatuerat. E Meſſana Syracuſas nauigauit. Nam inferius Siciliæ latus quod tuſco alluitur mari: propter Drepanum vitabat. Cum igitur ſyracuſas peruenıſſet conſul magnā vim frumenti ſociis imperat: quo impigre collato: nauibuſq; impoſito mediam fere partem onerariarum & quaſdā roſtratas quæſtori attribuit. ac precedere in caſtra ad lilybeum iuſſit. Ipſe ſyracuſis paucos dies ſubſiſtere conſtituit. Reliquas onerarias quæ a meſſana ſequebantur ac ex mediteranea regione frumentum a ſociis imperatum excepturus. Dum hæc a conſule prouidentur interea Atherbal Captiuos romanorum & naues quas prælio cœperat Carthaginem miſit. Ingenti eas lætitia carthaginenſes videre ac magni honores Atherbali ſenatus decreto triburi. Inde cum cætera que agenda erant pro tempore prouidiſſent: demū Carthaloni præfecto tradita Claſſe nauigare circum lilybeū & ſi qua occaſio detur rei benegerēde aggredi iubet. Carthalo igitur vir impiger & gloriæ appetens cum per noctem improuiſus ſuperueniſſet naues romanas que reliq̄ a pugna in lilybetano portu aſſerebantur: magno impetu aggredit

Naualē p̄lium

Ro. p̄ſſura

Ro. vincūtur.

L. Iunius conſul.

Carthalo

ac alias abducere: alias incendere ꝑperat. Conſurgit ab his qui tutelæ gratia circa claſſem excubabant. Et magnus repente clamor ab ea pre attollitur: Eo clamore exciti q in ſuperioribus erant caſtris: haud ſegniter concurrerunt. Ingenſq certamen circa naues oritur. Inter hæc Hymilcō ex clamore ac vociferatione hoſtiū cū ſuos adeſſe cognouiſſet: impigre egreſſus vrbe: caſtra romana inuadit. Ita ab vrbe ſimul & a portu atrox ꝑlium excitatur: tumultu & trepidatione omnia p tenebras complent. Id certamen a tertia fere vigilia ad auroram fuit. Orta demū luce: Carthalo ſuos a pugna reuocauit: paucis admodum nauibus quas primo impetu nactus in ipſo portu confractis: aut incenſis: Reliquas vero romani multis vulneribus illatis acceptiſq tandem ſeruarunt. & qui ꝑ caſtris pugnabant: facile Hymilconē intra mœnia compulerūt. Poſt eā pugnā Carthalo heracleā verſus nauigauit: Vt cōmeatū qui fere ab ea in caſtra romana ferebatur: vel interciperet vel impediret. Iter facienti: ſpeculatoria nauis Carthaloni nunciat magno numero naues aduentare. Hæ erant naues quas a conſule ꝑmiſſas oſtendim⁹ Igitur Carthalo nequaq̄ cunctatus aduerſus eas ꝑperauit. & eodem fere tempore romani quoq adeſſe claſſem hoſtiū a ſpeculatoribus cognouerunt. Itaq cum ſe impares eſſe ad pugnam arbitrarentur in proximū forte littus naues ſubduxerunt: Erant in his locis receſſus quidam & anfractus: rupeſq deſuper aliquanto īminebant: quibus conſiſtentes romani hoſtes lapidibus teliſq arcebant. Ab his repulſi Carthaginenſes: cū ꝑpter naturam loci nihil ꝑficere poſſent: & contra ſpem a Ro. reſiſteretur. Tandem abeuntes non longe ab eo loco cōſiſtere: & ne quo illi euaderent obſeruabant. Interea conſul peractis his quorum gratia Syracuſis remanſerat: cū reliqua claſſe & onerariis circiter quadringentis ſuperato pacchinni promontorio lilybęum petebat. Ignarus omnium quæ per ſuperiores dies ſuis euenerant: Carthalo igitur aduentu cōſulis per ſpeculatores cognito confeſtim ſua Claſſe properauit: feſtinans vt q̄ ꝑcul ab aliis romanis nauibus quas per ſuperiores dies obſederat ꝑlium cōmitteretur: ne ſibi inuicem auxilio eſſe poſſent. At Iunius Conſul cum adeſſe claſſem hoſtium cognouiſſet: magnitudine eius cōterritus: quoniam ſupra centum roſtratas naues Carthalo ſecum habebat: ſua vero Claſſis diuiſa erat nec pugnare auſus eſt: nec rurſus fugere poterat propter propinquitatem. Quare ad loca & difficilia & periculoſa e veſtigio diuertens littore in ipſo copias expoſuit. Carthalo autem difficultate locorum deterritus: hoſtes adire noluit: ſed inter vtrāq romanorum claſſem ſtationem quandam nactus ne quo abire poſſent obſeruabat. Cum per aliquot dies in hunc modum ſtetiſſent turbida tempeſtas inſurgere cœpit: quā nautæ regionis & locorum gnari præuidentes Carthaloni ſuaſerunt. Vt ſuperato celeriter pachinno vim procellę vitaret. At Claſſis romana quoniam loca importuoſa erāt: ſalo & vndis agitata ad extremum ſic fracta ē: vt nihil ex tot nauibus quod vtile in poſterum foret relinqueretur. Per hunc modum populus romanus onerarias quidem naues ad octingentas: roſtratas vero centum & viginti vno tempore amiſit. Tantis igitur incommodis acceptis rurſus euenit carthaginenſium rem ſuperiorem fieri. Nā romani nuper magno nauali prælio apud drepanum ſuperati: tunc autem omnino amiſſa claſſe mari quidem exceſſerunt: terra quoq non ſatis bonam ſpem habebant.

[Margin: Iunii cōſilium.]

[Margin: Claſſis Romana tempeſtate q̄ſſatur.]

Nam qui ad Lilybęum in caſtris erant: poſt caſum illum conſulis amiſſo frumento: facultate etiam importandi ſublata præſenti inopia & futuro metu premebantur. Romæ autem tot clades ſubinde acceptæ patrum ſimul ac plębis fregerant animos. Exinanito iam pridem tot ſumptibus ærario: & ſingulorum patrimoniis crebra tributorum penſione exhauſtis. Poſt amiſſam naufragio claſſem. L. Iunius Conſul pedeſtri itinere in caſtra ad lilybæum peruenit. Ibi frumento ſociis ciuitatibus imperato: mediterranea regione vt poterat exercitum ſuſtentabat: Mox vero occaſionem rei alicuius gerendæ quærens: quo acceptam ex claſſe ignominiam minueret: noua quædam pericula molitur. Erix eſt Siciliæ mons omnium qui in ea inſula eſt maximus præter vnum æthnam. Imminet autem mari ex ea parte quæ ad Italiam

[Margin: Erix mōs.]

ſpectat:mediuſq; attollitur inter Drepanum:& panormũ.Drepano tamen magis coniunctus in eius vertice fuit Veneris Ericinæ templum quod ſine controuerſia omnium templorum opulentiſſimum & ornatiſſimum confitebatur.Paulo infra locus vrbem habebat eiuſdem nominis longiſſimo ac difficillimo vndiq; aditu. Iunius igitur paruam admodum occaſionem nactus:Ericen per proditionem occupat:oppidoq; & templo potitur.Mox vno in vertice præſidio altero in radicibus montis ab ea parte qua aditus a drepano eſt collocato: cuſtodire locũ pergit nouumq; exſuſcitat certamen:Nam Carthaginenſes ſimul ac intellexerunt Ericem captum ab romanis maiori nixu incumbere ſtatuerunt.Ea igitur de cauſa nouo delectu habito: claſſeq; affatim parata:Hamylcarem cognomento Barcham ingentis ſpiritus virum:ac ſingulari ſcientia rei militaris cũ his copiis ad ea loca miſerunt.Hamylcar igitur primo in Italiã delatus maritimam oram populat[9] eſt brutiamq; & Locrorum vaſtauit agros:Inde mox Siciliam repetens in panormitanum agrum deſcendit:locumq; ibi nactus bello aptiſſimum in eo conſcendit.Inter Ericem enim ac panormum locus eſt natura munitus:præciſę vndiq; rupes cingunt:Summitas vero planiciem habet culturæ aptã non minori ambitu q̃ duodecim milium.In ea tumulus inſurgit.qui ſpeculæ ſimul atq; arcis locum obtinet. Aditus omnino ad illum tres ſunt:vnus a mari duo a meditaranea regione:Vnus a mari portumq; habet amœniſſimum ac dulcium aquarum copiam inſignẽ.In eo loco Hamylcar ſtatiuis poſitis pręſidiũ cõmuniit:naueſq; in portu habuit.Ex quo plane euenit eos qui Ericem occuparant a Carthaginenſibus obſideri.Ex alia ſiquidem parte drepanũ a caſtris romanis q̃ ad lilybeũ erant excludebat.Ex alia vero Hamylcaris p̃ſidiũ adeundi panormũ poteſtatẽ abſtulerat. Ita circũuenti in medio romani.in Erice obſidebantur non minus:q̃ Carthaginenſes in lilybeo.Hæc obſidio fere triennium durauit.Hamylcare ſic impigre rem gerente:vt ſummi nomen ducis omnium ætatis ſuæ in eo bello conſequeretur:Nec quicq̃ eſſet terribilius apud romanos: q̃ Hamylcaris nomen.Hic enim mari ſæpę ab eo loco delatus:Italiæ littus vſq; puteolos & Cumas omnibus belli cladibus ſic infeſtum reddiderat:Vt nemo his in locis conſiſtere auderet. Terra rurſus per Siciliam euadens panormitanis ac cœteris populi romani ſociis innumeras clades inferebat. Vt pene eodem tempore mari & terra verſari.Ericem obſidere:& omnibus ſimul locis adeſſe videretur.Romani vero & Italiæ maritimam oram tueri:& ſocios defendere coacti præterea caput Ericẽ ac lilybeũ occupãtes multis ſimul locis neceſſario diſtinebantur. nec vlla requies:aut ceſſatio erat:Vrbem in Erice monte aliquanto infra verticem fuiſſe diximus: præſidium vero a Conſule cum ea primũ occupauit loca:alterum ſupra vrbem ſummo in vertice: alterum infra vrbem qua aditus eſt a drepano collocatum ab initio docuimus.Hamylcar igitur cum inter Ericem & panormum ſtatiua poſuiſſet: mariq; & terra omnia infeſtaret: ad extremum vrbem Ericinam fraude cepit: quæ media erat inter præſidia romana:quo facto vtrunq; iam præſidium durius obſidebatur: Nam qui in vertice montis erant:omnino exclusi a ſuis ac circunuenti præſtabant:& qui infra vrbem erant: inter Drepanum & Ericem clauſi vndiq; ab hoſtibus premebantur. Nec minus ſane Carthaginenſes ipſi in Ericina Vrbe periculoſe conſiſtebant:cum ſupra verticem romanorum præſidium aſſidue quaſi de induſtria ad illam obſidendam poſitum a drepano excluderet.Ita inuicem obſeſſi & obſidẽtes ſumma obſtinatione animorum obdurabant:tantumq; erat militibus iniectum certamen: vt omnia pericula & incommoda vel cupientiſſime tolerarent:ne inferiores virtute bellica viderentur:Itaq; prope quottidiana prælia:vt pote a propinquis hoſtibus & ſtudio ſuperandi incenſis committebantur:nec vllum genus periculi aberat:Deniq; eo verſa erat totius belli moles Carthaginenſibus atq; romanis ſubſidia ad ſuos prompriſſime ſubminiſtrantibus. Commeatum Hamylcari claſſis libero mari ſuppeditabat.Nam populus Romanus(vt diximus) poſt L.Iunii naufragium mari abſtinuerat:terra vero acri[9] incubuerat:in qua ſe præualere ho

Tẽplũ Veneris

Erix occupatur.

Hamylcar Barcha

Romani inclusi

Hamylcaris virtus

Ericẽ recipit hamyl

Aemulatio dura.

Hamylcaris victus. ſtibus facile arbitrabatᷣ.Sed tãta erat huius Hamylcaris Carthaginenſis virtu s:vt terra quo-
q; iã aut par aut ſupior eſſet .Cõtractis em̃ maioribus copiis:apud panormũ caſtra poſuit non
longius ab vrbe:ſexcẽtis paſſibus exercituiq; romano auxilium panormitanis a fferenti nequa
q̃ ceſſit:ſed caſtra caſtris conferre:& crebra p̃lia cõmittere nõ dubitauit. hoc non ſemel tantũ
ſed ſępius fecit:Ne tñ ad extremum fortunæ experimentũ deſcenderetᷣ:cauſa erat propinqua
p̃ſidia & pluribus locis diuiſæ copiæ:ac modo accerſita celeriter modo remiſſa auxilia:Cum
in hũc modum traheretur bellum:& Hamylcar terra mariq; volitaret:ac Italiam ſimul & Si-
ciliam terrore inuolueret:cõmoti maiorẽ in modum romani quãdo aliter nullum finem habi
turum certamen videbatur:& contra decus romani nominis erat:populationem italiæ perpe
ti ad ſtudium parandę claſſis iterum conuertuntur.Quod autem ex inanitum iam pridem æ
Claſſis ro. ędificatur rarium fuerat priuatim ciues pro facultatibus vnam plures ſimul quinqueremẽ ſumptuſq; ad
eam neceſſarios cõtribuebãt.Aedificata eſt autem tota claſſis ad exemplar Rhodię nauis:quã
apud lilybeum captam ſupra oſtẽdimus.Ea enim viſa eſt ad celeritatem aptiſſima.In hũc mo-
dum roſtratas naues ducentas:parauere:omnis quinqueremes cum ea claſſe.C.Luctatiꝰ Ca-
tulus conſul traiicere:in Siciliam ac bellum carthaginẽſibus inferre iuſſus nauigauit.Cartha
ginenſes libera iã aliquot annos poſſeſſio maris ſegniores ad ſtudia rerum maritimarum reddi
derat:ſpctabantq; romanos quoniã multis cladibus afflicti ſponte ſua mari exceſſerant: nihil
de claſſe molituros.Deniq; nunciantibus romæ parari claſſem:non ſatis fidei a Carthaginen-
ſibus tribuebatur.Nec ſane minus exinanitũ punicũ ęrariũ longis belli ſumptibus apud Car
thaginenſes fuerat:q̃ apud romanos.Itaq; prius circa Siciliam conſpecta eſt romana.claſſis:q̃
a Carthaginenſibus fides adhiberetur.Igitur luctatius Conſul vbi primũ circa Siciliam claſ-
ſem pulcherrimã ac omnibus rebus optime inſtructam:oſtendit:Omnes Carthaginenſiũ na-
ues ob præſentiam eius conterritæ deſertis ſicilię littoribus ſe in affricam receperunt. Catu-
lus vero liberum nactus mare:primo aduentu drepani portum quem Carthaginenſes ad eam
Drepanũ capitur. diem vnice cuſtodierant nullo repugnante occupauit.Drepanumq; ipſum expugnare ador-
tus machinas & omnia tormentorum genera vrbi admouit.Poſt hæc ad inſulas quę medię in
ter lilybeum & Carthaginem iacent:ſpeculatoriis nauibus diſpoſitis:ne qui ad Hamylcarem
cõmeatus deferri poſſent curioſiſſime obſeruabat.Remiges interim & nautas aſſidue exerce-
bat:nec quicq̃ ex tota claſſe ocioſum eſſe patiebatur:His ille artibus effecit:vt non modo non
formidarent hoſtes: verũ etiam cupide prælium expoſcerent.Carthaginenſes autem cogni-
to aduentu Catuli:& drepani oppugnatione maxime angebantur.Pręcipue tamen eos moue
bat Hamylcaris cura:qui implicatus difficillimis locis:& partim obſidens:partim obſeſſus nõ
aliunde.q̃ mari ad eam diem ſuſtentatus erat. Tunc autem ob aduentum romanæ claſſis a-
miſſo mari & cõmeatus facultate adempta quid tandẽ ſuperat niſi vt maceratus fame hoſti-
bus dederetur? Hoc igitur metu anxii claſſem parant eiq; hãnonem p̃ficiunt nouũq; delectũ
Hãno fit dux. ꝓpere habent:Paratis ſtructiſq; omnibus frumentum ac cæterũ cõmeatum imponunt:& Hã
nonem cũ ea claſſe in Siciliam traiicere:& in caſtris apud Ericẽ cõmeatũ exponere.iubent.Ibi
vero ſi videtᷣ Hamylcare duce & optimo quoq; e toto exercitu milite in naues aſſumpto:Dre
panum petere:& aduerſus romanam claſſem p̃liũ cõmittere.Hanno igitur e Carthaginis por
tu delatus ad inſulam:quã vocant hieroneſum primo cõſtitit.Inde clam hoſtibus in caſtra ad
hamylcarem nauigare properabat:Ac Catulus aduentu hoſtium per ſpeculatores cognito
Eguſa. eorumq; conſilium(Neq; enim difficile erat)coniectura ſuſpicatus:confeſtim ad Eguſam in
ſulam cum claſſe proficiſcitur.Ea inſula non longe abeſt a lilybeo.Ibi poſtridie ſe omnes ad
Tẽpeſtas. pugnam pararẽt:edicit:eoſq; oratione confirmat:Poſtera die prima luce ventꝰ erat hoſtibus
quidem ꝓſper ac ſecundus.Romanę autem claſſi aduerſabatur turbatumq; & vndoſum erat
mare:quod primum aſpiciens Catulus ſubdubitare cœpit:& incerti conſilii eſſe:Mox vero

conſiderans ꝙ naues hoſtiũ tunc oneribus impeditę parum celeres erant parumq; ad certamen ſtructę. Q2 ſi abire patiaṫ ad celeres poſtmodũ: & expeditas ſtructaſq; militib⁹ pugnandũ erit: & contra Hamylcaris audaciã quo nihil terribilius per id tp̃s audiebaṫ: q̃uis turbato & aduerſante mari cõgrediendũ: tunc & pugnandũ ſtatuit. Hac igitur mente per vndas celeriter delatus: veniẽtibus hoſtibus claſſem oppoſuit. Hanno velis iter faciebat: vt aũt interceptũ ſuę claſſis curſum ab hoſtibus vidit: & ad prælĩũ ſtructas naues: dimiſſis velis ſe ad pugnã cõparauit. Poſtq̃ vtrinq; parati ſunt ex cõpoſito cõflixere. quo in loco cũ omnia cõtra q̃dudum in pugna apud Drepanũ eſſent ita contrariũ euentũ res nõ immerito habuit. Romani eñ celeres naues habebãt: oneraq; oĩa e nauibus poſuerãt: prçter q̃ ea quę ad pugnã oportuna eſſent. Remiges vero exercitatos: ac ob id ipſum prõptos: & certaminis auidos. Robur aũt viroꝝ qui pugnaturi erant e toto exercitu egregie delectũ Carthaginenſibus vero cõtra primũ naues onuſtę: ac ob id ipſum tardę: & ad pugnã ineptæ. Turba aũt remigũ atq; nautarũ collectitia: & inexercitata: ac tp̃is cauſa ꝓpere aſſumpta. Milites autem ex nouo delectu tyrones ac nullius ꝑiculi ſatis gnari. Q2 enim nunq̃ amplius Romanos quicq̃ molituros mari exiſtimabãt: ea de cauſa rei naualis curam oĩno neglexerant. Quamobrẽ vbi pugnari cœptum eſt cõfeſtim (vt par erat) ab Romanis ſuperantur. Centum viginti naues in ea pugna Carthaginenſes amiſere. Harum duę dequinquaginta ſubmerſę fractęq; ſunt: reliquę vero captę. Fugientibus ex prœlio plurimũ opitulata eſt venti ſubita mutatio: qui ſtatim poſt fugam contrario q̃ prius impetu flare cœpit. Itaq; velis ſublatis curſum ſequentiũ anteuenere: & ad hieroneſum vnde prius ſoluerant ſe ex fuga receperũt. Conſul poſt prœlium cum tota claſſe Lilybęũ rediit. Ibi laudatis donatiſq; militibus cętera intento ſtudio ꝑſequebanṫ. Carthaginẽſes vbi ſuperatũ Hannonem ꝓfligatamq; claſſem intellexere: prçter ſpem tanta clade ꝑcuſſi quo ſe verterent neſciebant. Etſi eñ prõptitudo erat animis belligerandi: tamen & inopia ęrarii & priuatoꝝ impotẽtia: oĩbus iam longis ſumptibus exinanitis ſeſe attollere ꝓhibebãtur. Maximã vero deſperationẽ afferebat Hamylcar & exercitus: qui apud Ericem erant: quibus nec ſubmittere cõmeatus amiſſa claſſe: et hoſtibus mare tenentibus: nec e periculo reuocare in Aphricam poterant. Sinere aũt vt dux & milites optime de repub. meriti perirẽt: proditioni ſimile videbatur. Quibus aũt copiis aut quibus ducibus i n pſentia conarentur: nulli erant. Reſtabat igitur pacem ꝑtere: ad quã cum oẽs neceſſario inclinarẽtur e dignitate magis viſum eſt: vt arbitrium eius rei Halmylcari ꝑmitteret. Facto igitur ſuper ea re ſenatus decreto: & ad Hamylcarẽ miſſo: in quo ꝑtendę firmandęq; pacis arbitriũ: ſi modo expedire videreṫ: ei pmittebaṫ. Halmylcar poteſtate publica accepta ſapientiſſimi ducis opus effecit: q̃diu enim aliqua ratio fuerat belligerandi nullum vnq̃ periculum: nullum laborem vitauit: ſed ſumma induſtria & audacia frœtus: nihil ꝓ victoria adipiſcenda omiſit. Prçciſa vero tandem ſpe cum nulla ratio cerneretur amplius adnitendi prudenter: et moderate cedens tempori: nequaq̃ turpe exiſtimauit legatos ad Catullum mittere: pacemq; ab eo quęrere. Optimi nempe ducis exiſtimandũ eſt: vincendi tempora: cedẽdiq; perſpicere. Catullus quoq; pacem nõ aſpernatus eſt: Conſcius difficultatũ: quę ex diuturno bello ciuitatem premebant. Ita de pace tandem conuenit: huiuſmodi conditionibus prçſcriptis receptiſq;. Amicitiã eſſe Romanis Carthaginenſibuſq; ſi id Popu. Ro. videaṫ omni Sicilia excedere Carthaginẽſes: nõ poſt hac hieroni Siracuſaniſq; aut Siracuſanorũ ſociis bellum inferre. Captiuos oẽs ſine pretio Carthaginenſes dimittere: transfugas reddere. Pendere inſuper Romanis Carthaginenſes talenta argenti euboica duo milia ducenta in annos viginti. Has conditiones Romam miſſas: Populus roma. nõ comprobauit: ſed decem legatos in Siciliam cum authoritate publica miſit. Ab his tempus pendẽdi argen-

Prçllum nauale.

Ro. vincũt.

Carthag. trepidatio.

Pacis cõditiones.

ti coarctatũ eſt:& mille talēta inſup adiũcta.Et id cōditionibus aſcriptũ:vt nō Sicilia ſolũ ſed oĩbus cũ inſulis:q̃ medię ſũt inter Siciliã & Italiã carthaginēſes excederēt.Per hũc modum primo bello inter pœnos & romanos finis impoſit⁹:vigeſimoquarto anno poſtq̃ geri cœptũ fuerat:bello oĩm longiſſimo atq; maximo:in quo vt alia omittã ſemel quinq;remibus ãplius quingētis.Iterũ nō multominus q̃ ſeptingētis adinuicē pugnatũ eſt.

Copię nauales maximę.

Amiſerũt autē romani ĩ eo bello p̃ter onerarias naues quinq;remes circiter ſeptingētas.Carthaginēſes vero circiter quingētas.Itaq; gręci hoĩes q ad id tp̃s admirati fuerãt:Antigoni atq; ptolomei & demetrii nauales copias:bel'ũq; atheniēſiũ atq; lacedęmonioꝝ: merito poſthac admirari deſtiterũt.Q᷑ ſi quantũ interſit quinq;remes inter ac triremes:qbus perſę aduerſus gręcos atheniēſeſq; & lacedęmonii inter ſe bello vſi ſunt:conſiderare voluerint: nunq̃ maioribus copiis:q̃ hoc bello mari pugnatũ intelligent.

Finitur liber ſecũdus primi punici belli.Nunc ſeqtur de Aphricę motu.Liber.III.

Finito primo Punico bello quod vigintiquattuor ãnos terra mariq; geſtũ oſtēdimus:ſimiles fere caſus vtrũq; populũ excepere.Carthaginēſes em̃ aphrico bello finitimo ſane:& periculoſo circumuenti: et ĩ extremũ diſcrimē adducti:trienniũ poſt pacē cōtinuũ:de vita & ſanguine certauerũt.Romanos aũt illyricũ primo:mox gallicũ bellũ ocioſos eſſe nequaq̃ pmiſit.Dicemus autē cauſas & pſecutiones eoꝝ:vt de his quoq; notitiã n̄ris hoĩbus p̃beamus.Hamylcar poſt firmatã pacē ab Ericecopias deduxit:ac pedeſtri itinere Lilybęũ cōtēdit:vt indeĩ Aphrycã milites ſcd̄m fœdus exportarent̃.Vbi vero lilybęũ puenit:magiſtratu ſe abdicauit.Copias aũt Gliſconi tranſmittēdas reliqt:ipſe priuato habitu Carthaginē nauigauit.

Gliſconis conſiliũ.

Gliſco ꝙ res nouas in tãtis copiis:ſi ſimul in Aphrycã delatę forēt:verebat̃:pſertim cũ magna illis ſtipēdia deberent̃:quę ꝑpter publicã inopiã ſolui nō poſſent:caute ſimul: ac prouidēter iam inde pſpexerat.Ne ſimul oēs:ſed alię alio tpe copię mitterent̃.Interuallis etiã maiorib⁹ de induſtria factis:vt facili⁹ per ptes puideri poſſet:primiq; ante domũ abiiſſent:q̃ ſecũdi ſupuenirēt.Carthaginēſes ptim negligētia:ptim inopia copias diſtinebant:ac eſſe in vrbe patiebant̃.Expectare reliquos iubebãtur:vt ſic cum oĩbus ſimul de ſtipēdiis tranſigeret̃.

Militũ inſolentię

Creſcētibus igit̃ in vrbe copiis multa a militibus maleficia cōmitti cœperũt:nec noctu mō:verumetiã interdiu:rapinæ & cędes:ac cętera nepharia ppetrabant̃:qd̄ cũ aĩaduerterēt carthaginēſes:oēm multitudinē quę ĩ vrbe cōuenerat in oppidũ Siccam trãſire iuſſerũt:ibiq; expectare donec reliquę copię in Aphrycã veherent̃.Nō nihil etiã pecunię in ſingulos traditũ:vt facilius tolerare morã poſſent.Vt igit̃ in Siccã traducti ſunt:milites licētius iã agētes a nullo maleficio ſe tempabãt.Tandē vbi oēs cōuenere ſtipēdia inſolentius q̃ ante:ac longe maiora q̃ prius poſtulare cœperũt.Erant hi ſupra viginti milia hoĩm mercede cōductoꝝ diuerſoꝝ admodũ generũ Hiſpani alii:alii galli:quidã lygures Item baleares.gręci etiã nō pauci: aphri plurimi: fugitiuoꝝ & trãſfugarum magn⁹ numerus.Ad hos igit̃ miſſus Hanno Carthaginenſiũ pretor:vbi verba fecit de ęrarii pœnuria:& remiſſionē quandã ſtipendioꝝ poſtulauit:

Vide an Thunes

Confeſtim multitudo inſurgere cœpit:raptiſq; p irã armis Carthaginē verſus pfecti:apd̄ oppidũ Times qndecim milibus paſſuũ a Carthagine caſtra locauit:carthaginēſes crebris legationib⁹ ad eos miſſis:lenire iter militũ nitebant̃:Sed pualebãt in exercitu peſſimi quiq;:& ſeditioſi:nec rem cōponi pmittebant.

Spendius

Duces vero ſeditionis erant Spēdius quidã Italici gn̄is capua oriũdus:qui nup in Sicilia ad Carthaginēſes trãſfugerat:& Affer quidã Matho noĩe.

Matho

Spēdius igit̃ metuens: ne ſcd̄m fœdus romanis dederet̃:cũ eſſet trãſfuga turbare oĩa cupiebat.Matho etiã pro mul

tis quę ſeditioſe antefecerat: ſuppliciū formidabat. Horū maxime opera cū oēs cōditiōes reiicerent: legatis etiā carthaginenſiū ad eos cōponendarū rerum gratia miſſis afferūtur manus: tādem aperte bellū exarſit. Spendius igitur: & Matho duces ſuffragio militari ad id bellum creati: legationes ad Aphrycę populos cōfeſtim miſere: ad libertatē ꝓuocantes facultatē ſibi oblatā oſtēdētes: qua crudelē: auarumq; populi Carthaginēſis dominatum a ceruicibus ſuis depellerent. Neq; cunctati ſunt Aphricę populi bellū capeſſere: ſed vt fit ex dura ſeruitute ad libertatē cupide aſpirātes a carthaginēſibus plęriq; defecere. Spēdioq; & Mathoni ſe cōiunxerūt. Carthaginēſes multis eodē tpe difficultatibus ꝑmebanť Nullę quidē illis copię pedeſtres erant: nullę nauales. Conſueti aūt cōducto milite bella gerere: in vrbana multitudīe vtpote imbelli & inſueta nihil ſpei habendū putabāt. Quos vero cōducere poſſent ꝑ celeritate expeditionis nō aderant. Oēs vero pecunię publicę ex tributis aphricę ꝓuenire ſolitę erant: quę tunc rebellis facta eam facultatē oīno abſtulerat Erant hęc tanto grauiora: quāto pręter ſpem acciderāt magis. Longo eñ ac difficili romano bello multos annos fatigati: pacem ad extremū petierāt. reſpirationē optabant. Futuram quietē trāquillitatēq; cupidiſſime āplexabātur. Cōtra vero hęc longe euenerāt. Bellum eñ ſubito exarſerat infeſtius ac periculoſius q̄ ante: in quo nō de poſſeſſione Siciliæ: aut de rerum maritimarū gloria: quę & ipſa iam ſupiori bello amiſſa erant: ſed de patria: de penatibus: de vita deniq;: & ſanguine certabať. Cōuerſo ad eoꝝ pniciem exercitu: alienatis aphricę ciuitatibus: exinanito ęrario: cuncta plena formidinis: & deſpationis ꝓponebantur. Tunc igitur demū ſe circūſpicere: tunc errata ſua recognoſcere cœpunt: q tantā multitudinē cōductoꝝ militū bello finito in vnū coegiſſent. Q̄d aphricę ciuitatibus ſupbe nimiū: auareq; impaſſent: q in odiū ſui crebris iniuriis ſuorū magiſtratuū ſocios cōpuliſſent. Hęc eñ cauſa rebellionis ciuitatibus fuerat: quę iampridē ardentes odio tam cupide arripuerūt bellū: vt intra paucos dies ſeptuaginta armatoꝝ milia in caſtra ad Spendiū et Mathonē ex iiſdē ciuitatibus magna multitudine vndiq; cōfluēte: Spēdius & Matho diuiſis inter ſe copiis. Alter vticā: alter hipponē: q hę ciuitates cōſilia belli ſuſcipe noluiſſent obſederūt. Caſtra etiā apud Times oppidū q̄d pri⁹ cōſtituerāt: nō deſeruerūt. Ex quo fiebat: vt Carthaginēſes omni Aphrica excluderenť. Carthaginē eñ in ꝓmontorio ſitam diximus in mare ꝓtēdere. Regionē aūt ipam qua ad Aphricā cōtineť: hinc ſtagnis qbuſdam. Hinc mari coarctari: vt parua admodū planicies inter ſtagna ac mare relinquať. Huius vero ex alia pte iuxta paludē. Times eſt oppidū q̄d ſupiori bello a. M. Attilio captū oſtēdimus. Ex alia vero pte iuxta mare Vtica nō longe abeſt. Hoſtes igiť caſtra hinc. apud Times illinc apud vticā hñtes Carthaginēſes ab reliqua Aphrica excludebāt. Ipſi vero modo noctu: mō interdiu & trepidatione vrbē cōplebāt: nec multo poſt ab obſidione res diſtare videbať. Per idē tpus cōducti milites qui in Sardinia erāt: audita ſeditione exercitus: & ipſi rebellarūt: ac oēs ciues carthaginēſes qui in ea inſula repti ſunt: interfecerūt. Oppida vero cuncta & arces in poteſtatē ſuam redigerūt: nō cōcidere tñ carthaginēſes: nec in tot aduerſis fracti ſunt animis: Sed quātas valuerāt ꝑ anguſtia tēporū copias parunt. Hiſq; Hānonē pfecerūt ducē: & vticēſibus obſidione laborātib⁹ auxiliū ferre iuſſerūt. Hāno igitur cū exercitu cōtra Spendiū ꝓfectus nō longe ab vtica pugnā cōſeruit. Et victor quidē primo prœlio fuit: elephātoꝝ violētia ſtructurā hoſtiū diſſipāte: tātuſq; fuit elephātorū terror: vt Spēdius ipſe & ſui deſertis caſtris: quę tutari poſſe nō cōſ̄debāt: in ꝓximū collē aufugerent. Et diſſipatione hoſtium victoriā plenā conſecutum ſe Hanno arbitrabatur. Conſuetus enim aduerſus numidas bella gerere: qui vbi ſemel fugam arripuere: vix ad tertiam diem conſiſtere ſolent: quaſi victor eſſet curam perſequendi abiecit: atq; vticam ingreſſus reficiendo ex labore corpori operam dabat. At Spendius & hi qui cum eo erant

Carthagi neñ. ꝑſſura.

Exercitus Spendii & Mathonis.

Hanno victor

vtpote. Siculo bello & ſub Hamylcare magiſtro militare cõſueti: ac ſępe eodẽ die fugere hoſtem: ac rurſus inſectari: vbi Hãnonẽ vticã ingreſſum cognouere: exercitũq; fiducia victorię incautũ degere: repente caſtra Hãnonis aggreſſi ſunt: tanto impetu vt palãtes agerent hoſtes: ac demũ caſtra expugnarẽt. In caſtris baliſtas: tormẽta catapultas: ac omnifaria oppugnãdarum vrbium: machinas quę ſecũ Hãno detulerat: cœperũt: vt nõ modo nõ liberarent obſidiõe vticẽſes: cuius gratia Hãno aduenerat: ſed longe durior cõditio obſeſſorum fieret: inſtrumẽtis ad oppugnãdum: quaſi de induſtria ad illos trãſlatis. Cum itaq; Hanno ob hęc & alia huiuſcemodi errata impite verſari in eo bello cerneret: et ad Hamylcaris virtutẽ auctoritatẽq; oẽs reſpicerẽt: tandẽ magno conſenſu ciuitatis cura eius belli Hamylcari mandat. Ad hoc elephãti ſeptuaginta equites pediteſq; vrbani. Item cõductorum militũ & trãſfugarũ circiter decẽ milia Hamylcari tradunt. Interea hoſtes quoniã nouum exercitũ apud Carthaginẽ parari: & Hamylcarẽ ducem pręfici bello audiebãt: intentius agere oĩa cœperũt: regionẽq; totã: ne duci nouus exercitus valeret pſidiis capeſſere. Id eo facilius erat quia pmontoriũ id in quo Carthago ſita eſt: aſpero admodum dorſo: ac montuoſis ſaltibus ad reliquã aphricã cõiungit. Viaſq; loca habent difficiles atq; arctas: vt plurimũ manifeſtas. Igitur tumulos oẽs itineribus imminẽtes: hoſtes occuparũt: pręſidiaq; in his munierãt: quis regionẽ tuebant. Fluit quoq; per hęc loca Machera fluuius quidem ripis: ac prapido gurgite: & vno tãtum ponte trãſmeabilis. Vrbſq; ab eo dicta Geſira ſuper amnẽ poſita pontẽ mœnibus cõplectit. Hanc hoſtes vrbem tenebãt. Itaq; nec montibus pter arcta: & cuſtodita itinera: nec planicie impediẽte amne: ponteq; occupato: trãſire in Aphricã exercitus poterat. In his difficultatibus pfectus Hamylcar: confeſtim in admirationẽ ſui ciues ſimul hoſteſq; conuertit: dignuſq; apparuit ea gloria: quã Siculo bello per egregiã quandã virtutem fuerat conſecutus. Fuit autẽ prima eius induſtria in hũc modum cõſpecta: cum nulla ratio traducendi exercitus ob eas quas ſupra retuli: difficultates cerneretur: ipſe induſtriæ fiducia profectus caſtra ad oſtia Macheræ fluuii poſuit: ventumq; expectauit: qui aduerſus oſtia ipſa perflaret. Animaduerterat eñ curſum eius fluminis ob aduerſum aduentũ diſtineri ſtagnariq; amnem: nec multum per id tempus in mare defluere. Itaq; tunc per ipſa fluuii oſtia ſecus mare tranſitum facilem pręberi coniectabat. Cum igitur ea de cauſa in his locis moraretur: ventus noctu perflare cœpit. Quare animaduerſa Hamylcar confeſtim militibus vt ſe ſequantur edicit: ac ſecus mare præter ipſa fluuii oſtia facillime elephãtos copiaſq; traducit. Orta mox luce trans amnem conſpectus: cum id impoſſibile exiſtimaretur: miraculo rei omnes conterruit. Erat in Geſira vrbe ad decem milia hominum quos in eo loco Spendius ab initio poſuerat: tuendæ vrbis cauſa: & impediendi ſi qua peruadere hoſtes conarentur. Hi vbi traductum ab Hamylcare exercitum cognouere: rapto confeſtim agmine: aduerſus illum exercitum duxerunt: eodẽq; tẽpore hi qui vticam obſidebant: conciti eo tumultu ad hæc loca concurrerunt. Hamylcar vero poſt traductas copias Geſirã verſus iter faciebat: medio fere ſpacio confecto: bina hoſtiũ agmina idem ſub tẽpus aduentarũt. Nam & a fronte hę copię quæ a Geſira pficiſcebãtur: occurrerũt. Et a tergo alia manus quę ab vtica audito tumultu eo contẽderat. Hoſtes igitur cũ ſe mutuo cõſpexiſſent miſſis inter ſe equitibus vno in tẽpore alii a tergo, alii a fronte inuadere cõſtituerãt. At Hamylcar nihilo ob eam rem deterritus longo agmine iter faciebat: prima fronte elephãti: deinde equites: ac leuis armaturę miles Poſt hos legionarii incedebãt. Inter hęc hoſtes dato ſigno ab vtraq; parte infeſtius ruere: ac magno clamore a fronte ſimul: & a tergo inuadere cœpunt. Hamylcar vbi eos in ſe ruẽtes aſpexit ſubito mutari ordines: ac totũ cõuerti agmen iubet. Ita vt elephãti: atq; equites: qui in fronte erant: ad dextrã conuerſo itinere: contra eos qui pone inuadebant occu

Hanno vincitur.

Hamylcar dux.

rerunt. Legionarii aũt qui poſtrema incedebãt alia ex parte ad leuã flectẽtes in primã partem proparent. Quo quidẽ facto vtraq; ex parte: vno in tp̄e hoſtes ſupauit. Nã qui a Geſira obuiabãt ſimul ac deflectere elephãtos equiteſq; videre fugam arripuiſſe rati: deſerto ordine circa illos fundunt. Hos legionarii cõpoſiti ex latere inuadẽtes: magna cũ clade diſſiparunt. Eodem modo qui a tergo ſequebant poſt legiones ruentes: quos fugere putabãt ab elephãtis equitibuſq; ex latere in eos ruentibus diſſipati ſunt. Ita a fronte ſimul & a tergo res ꝓſpere ab Hamylcare geritur. Ad ſex milia hoſtiũ in eo prœlio ceciderũt: et capti inſuper ad duo milia. Alii fuga arrepta ptim ad caſtra: quę circa Vticam erant: ſe recepunt. Hamylcar eos qui Geſirã aufugerãt inſecutus: vrbem ipſam in poteſtatẽ primo aduentu cepit. Nã milites qui in eam refugerãt ob trepidationẽ & metum defendere mœnia nõ auſi in oppidũ Times e veſtigio aufugerũt. Ex hoc iam ſupior ac magna opinione virtutis Hamylcar: plęraq; eius regionis oppida in poteſtatẽ redegit. Nõnulla etiã ptinacius repugnantia machinis: ac vi militũ expugnauit: Ob eum metũ Spẽdius obſidionẽ Vticę diſſoluit: copiaſq; in oppida tutelę gratia diſperſit. Ex quo factũ eſt: vt Carthaginẽſibus lux quędã optimę ſpei ex priſtina deſperatione suboriret. Matho per id tẽpus circa Hipponem exercitum habebat. Nec ob ea quę acciderãt ab obſidione deſtiterat. Nec vero obſidio iã longe protracta impediret: Spendio pſuaſerat: vt cum aliqua manu Hamylcarẽ diſtineret Donec ipſe Hipponẽſes indomitos in poteſtatẽ venire cõpuliſſet. Simul aũt & Numidas crebris nunciis ſolicitabat: identidẽ monẽs atq; orans ne ea tpa tã opportuna ad libertatẽ aphricę labi in irritum paterent. Spendius igitur ſex veteranoꝝ milibus ex omni multitudine aſſumptis: duo milia galloꝝ quę in Sicilia militauerãt adiunxit. Cum his copiis profectus contra Hamylcarẽ caſtra metabat. Plana tamẽ euitans loca ob elephãtorũ metũ: Cęterum ad omnẽ occaſionẽ rei bene gerendę maxime intentus. In hunc modum pſtantibus auxilia tandẽ numidarũ aphrorumq; magna multitudine ſupuenere: quoꝝ aduentu ſublatus Spendius nõ ſolum deſcendit in ęqua loca: verumetiã ſic circũdedit Hamylcaris exercitum: vt nulla ratio euadendi cerneret. Circũdatus eñ ab hoſtibus: quoꝝ plęriq; improuiſi ſuperuenerãt: tribus vndiq; caſtris cingebat. A fronte aphri, a tergo numidę: ab latere ſpendius imminebat. In tam iniqua cõditione rerum: virtus ſimul & fortuna Hamylcarem iuuit. Erat inter Numidas: Nerua quidã adoleſcens domi nobilis ac in primis manu promptus. Is iam pridẽ vtpote qui bellicis artibus magno ardore incubuerat. Virtutem Hamylcaris admirabat: hominẽq; vt fit ex fama adamauit. Itaq; difficultates eius grauiter ferens ad caſtra hoſtiũ pficiſcit. Cũq; iam ꝓpe eſſet: colloquiũ manu poſcit. Mittitur ad eũ vnus ex Hamylcaris militibus. Ille ea de cã ſe aduentaſſe dicit: Vt Hamylcarẽ alloquat. Eſſe eñ nõnulla quæ apire duci velit: ꝓinde rogare ac obſecrare: vt ꝓcedat e caſtris: ſeſe vſq; ad munitiones obuiã iturũ. Hamylcar per id tp̄us ꝓ vallo ſtabat: & quid ſibi vellet numida admirabat. Tandẽ nõ contẽnere hoĩem viſum eſt. Itaq; caſtris egreſſus in colloquiũ ſe offert. Numida ſimul atq; Hamylcarẽ cõſpexit: ad terrã ꝓſiliẽs haſtã & equũ reliquit: ipſe pedes & inermis ad Hamylcarẽ venit. Narrat ſeſe iampridẽ magna admiratione virtutis captum: eius amicitiã familiaritatẽq; optaſſe: amoreq; ſui vnius Carthaginenſes ptes animo pferre: putaſſe vero id maxime tẽpus amicitię oſtendẽdę: cũ difficultas rerum: cõmoda offerẽtis excludit. Se igitur ſi nõ abnuat cũ aliqua ſuorũ manu ad eũ venturum. Hamylcar his lętus dictis laudatũ cõmendatũq; adoleſcentẽ: vt ad ſe q̄primũ trãſeat hortatur. Et quãdo tantus ardor in eo cõſpicuus ſit in generũ ſeſe illum deligere pronunciat. Iureq; iurãdo id ſancit. Igitur Nerua ad ſuos reuerſus poſtridie cũ duobus milibus numidarum qui vna domo profecti erant: ad Hamylcarẽ in caſtra tranſit. Ea res plurimum opitulata eſt Carthaginenſibus. Hõc enim auxilio ſublatus Hamylcar aduerſus

Hamylcaris victoria.

Nerua tranſſu

Spendiū & aphros ſignis collatis dimicare auſus eſt: victor in eo prœlio fuit: Nerua & nu-
midis qui cū illo venerāt egregie operā ſuam nauantibus. Supra decem milia hoſtium in
eo prœlio cęſa ſunt: capti vero ad quattuor milia: Spendius vero & Antaricus Gallorum
dux: cum reliquis copiis fugā cōſuluere. Poſt hoc prœlium: Hamylcar captiuis oībus quo
rum plęriqꝫ ſub eo duce in Sicilia militauerāt: ad ſe vocatis: eorū quæ ad eā diem cōmiſiſ-
ſent impunitatē ſe cōcedere dixit. Proinde ſi militare ſecū vellent arma ex defunctoꝝ ſpo
liis ꝑbiturum. Sin abire mallent id quoqꝫ licere. Ea benignitas Hamylcaris in dimittendis
captiuis apud hoſtes relata multoꝝ flexerat aīos: et antiquū eius ducis amorē apud mili
tes renouarat. Nec deerant qui aperte dictictarēt per eum cōponi rem oportere. Id cū aīad
uertiſſent duces hoſtiū: veriti nē Hamylcaris gratia apud exercitū ꝓſertim impunitate
oblata ꝓualeret: quo maiore aliquo ſcelere ſpem venię auferrent: tale aliquid machinant̄.

Ducum ſe- ditioſoꝝ in īquū cōſiliū in Gliſconē

Gliſco erat Carthaginenſis apprime nobilis hic in Sicilia prætor fuerat: & hos ipſos mili-
tes poſt Romanorum pacem ab Hamylcare acceptos in Aphrycā deduxerat: eiuſqꝫ nos
ſupra mentionē fecimus. Orta igitur ab initio ſeditione cū exercitus apud Times oppidū
conſtitiſſet: crebriſqꝫ nunciis a Senatu Carthaginenſiū miſſis de cōcordia tractaret̄: poſtu
latum eſt a militibus vt arbitrio Gliſconis: cōtrouerſię ſedarentur. Id ꝓpter ſummā ſpem
optimamqꝫ eius viri fiduciā factū: ab exercitu cōſtabat. Nā Hamylcari quidē per id tēpus
irati milites erant: quoniā is multa in Sicilia dum ſub eo militarēt pollicitꝰ eſſet: reuerſus
autē domū fraudari pateret̄: nec vt debuerat ſe pro eorum fauore interpoſuiſſet: itaqꝫ ad
Gliſconē conuerſi: cuius recentior erat apud milites gratia illum arbitrū ad cōponendas
lites popoſcerūt. Ierat igitur: tunc ea de cauſa Gliſco in caſtra arbiter ab exercitu poſtula-
tus: Sed multitudo incōpoſita: & variis linguis & variis modis: ac inſupa ſeditioſis cōcita
ta incredibiliter fluctuabat. Itaqꝫ paucis poſt diebus q̄ in caſtra venerat Gliſco ab illis ipis
qui eum fiducię gratia arbitrū popoſcerāt: capitur: in cathenas coniicit̄. Idem fit cæteris
Carthaginēſibus qui cū illo venerāt. Idem quoqꝫ aliis quos nanciſci potuerunt. Duces igi
tur veriti Hamylcaris gratiā quo maiore aliquo ſcelere milites obligarēt. Litteras fingūt
ſuo arbitratu & tabellarius ſubmittit̄. Inde quaſi alia de re acturi concionē vocant. Cum
frequentes cōueniſſent: tabellarius vt ꝓceptū erat cū lr̄is aderat. Narrat ſeſe ab Sardinia
recentiſſimū aduenifſe. Litteraſqꝫ de cōmuni re ducibus afferre: legunt̄ in cōcione: litterę
Tenor earū fuit vti Gliſconē cęteroſqꝫ captiuos diligētius cuſtodirēt. Eſſe eñ quoſdā in
exercitu quorū opera liberatio eoꝝ ꝓmiſſa Carthaginēſibus eſſet. Eo nūcio turbatis oīm
animis: et vt par erat ī ſuſpitionē verſis: Spēdius ſuggeſtū aſcēdit. Milites ſupplici orōne

Spendii fraus.

precat̄: ne ficta Hamylcaris clęmētia in dimittēdis captiuis decipi ſe ꝑmittāt. Nō eñ eos
dimiſiſſe ꝙ ſaluos eē cupiat: ſed ꝑ illoꝝ dimiſſionē oēs ſimul decipiat: vt nō de qbuſdā: ſed
de oībus ſimul ſuppliciū ſumat̄: quātū vero ad Gliſconis negociū attinet monere ſe atqꝫ
obteſtari: vt etiā atqꝫ etiā cōſiderare ſecū velint: quāta mox incōmoda ſubituri ſint: ſi tam
egregius dux: tāqꝫ ꝓſtans in re militari ꝑ ignauiā atqꝫ ſocordiā eoꝝ manibus elabat̄: ꝓſer-
tim quē nō ignorēt eē ſibi inimiciſſimū. Nō eñ dimitterēt eū: ſed cōtra ſe imitterēt. Qđ ſi
accidat vt fictis deliniti blād[illegible]is eū elabi patiant̄: moxqꝫ ille ſui arbitrii factus (vt credere
par eſt) manu & conſilio ꝓſeq[illegible]quis nō eorum hebitudinē imprudētiamqꝫ contemnat:
ꝙ quem paulo [illegible] in Cathenas coniecerint eum ne tam fatue amicū fore ſperauerint.
Adhuc eo dice[illegible] tabellarius a Timete aderat litterę fere eiuſdē tenoris erant. Qui

Antaricus.

bus recitatis A[illegible]cus gallorū princeps aſſurgens: vnam ſe ꝓſpicere viam ſalutis inquit
ſi omnis omnino ſpes quam in Carthaginenſibus habeant precidatur. Quoad vero quis
ad illorum clęmentiā reſpexerit eum fidum in bello ſocium eſſe nō poſſe. Itaqꝫ illis nō ma
xime credere illos audire: illis mentem adhibere oportere: qui q̄ [illegible]ima aduerſus ca-

thaginenſes conſuleret:qui vero contra ſuaderet:eos ꝓditores atqꝫ hoſtiū loco habendos eſſe.Poſthęc & huiuſmodi tandē ſententiā ꝓmitur vt Gliſco:ac cęteri Carthaginenſium: quos in captiuis haberēt:duris ſuppliciis affecti necent.Erat hic maxime e ducibus aptꝰ: propterea ꝙ ex longa militia aſſuetus phœnicia lingua vtebat.Eam vero plurimi intelligebant.Huius igit oratio fauore militari excepta:a ferociſſimo quoqꝫ laudat.Modeſtiores aūt ſi qui in exercitu erāt:cōtradicere nō audebāt:ne forſan ſuſpitione illa quā ex litteris ꝓpoſitā diximus:notarent.Fuerunt tñ quidā qui ſententiā Antarici laudātes mortem probarēt:dura vero ſupplicia pſertim in Gliſcone viro eius dignitatis tollerent.Hi & minis & vocibus ſeditioſorū agitati:ac pene lapidibus obruti ſunt.Agūtur oīa ꝓterue ac turbulēte:& quaſi furore quodā turbę ferunt.Recepto igitur Antarici cōſilio Gliſconem et alios captiuos:ad ſeptingētos hi fuere extra vallum pducūt.Ibi a Gliſcone ipſo incipiētes ſingulorū manus:nares:aures pciderūt:membratimqꝫ lacerarunt.Ad extremū fractis cruribus viuos adhuc in Scrobē quandā abiecerūt:Et de oībus Carthaginēſibus:qui poſt hac in eorū poteſtatē viui puenirēt:idem ſuppliciū ſumēdū ſtatuerūt.Caduceatorē vero corpora defunctoꝝ ad ſepulturā petentē ad ſe venire vetuerūt.idem ſuppliciū caduceatoribus legatiſqꝫ ſiqui vnq̄ ad eos venire auſi fuerint minitātes Carthaginenſes ſupplicio ſuorū ciuium cognito:miſerū in modū affligebant:totaqꝫ in luctu ciuitas fuit.Deniqꝫ ad Hamylcarē ſcribūt vti hęc tam ſceleſta & inaudita facinora vlciſci ꝓperaret:qbus litteris et ſimul crudelitate hoſtiū pmotus Hamylcar priſtinā clęmentiā & manſuetudinē exuit et oīno hoſtiū quos aut tunc captiuos apud ſe habebat:aut poſtea in eius poteſtatē venere beſtiis obiecit.Ita bellum deſperatū atqꝫ nefariū ab vtraqꝫ parte excitat:nec quiſq̄ poſt hac in eo bello:aut a Carthaginēſibus captus eſt:qui nō beſtiis laniādus obiiceret:aut ab hoſtibus qui nō mutilatus excarnificatuſqꝫ periret.Per hoc tēpus cū viderent Carthaginenſes pualere:ac longe meliori ſpe gerere bellum ſubito fluere retro:ac in contrariū verti fortuna cœpit.Poſtq̄ eñ ex his quas ſupradiximus cauſis efferatū eſt bellū:irritati Carthaginenſes ob hoſtiū crudelitatē Hannonē alterū ducem Hamylcari cōiunxerūt:ac pari conſilio adminiſtrare bellū iuſſerūt.Sic eñ facilius opprimi poſſe arbitrabant.Vt igitur ſimul fuerunt duces:magnę inter eos cōtrouerſiæ ortę ſunt.In qbus vſqꝫ adeo veſane ꝓgreſſum eſt:vt omiſſa oīm cura p ſingulos dies inter ſe pene digladiarent:& facultatē opprimendi ſui hoſtibus darent.Acceſſit ad hęc cōmeatus pœnuria nō ſolū ꝓpter incuriā ducum:verumetiā ꝓpter naufragiū:quo onerarię fere oēs frumentū in caſtra ferētes aduerſa tēpeſtate correptę perierāt.Per idem tpus Vticenſes & Hipponēſes:quę ciuitates ad eā diem vel pertinaciter in partibus Carthaginenſiū ſteterant:mutata voluntate ad hoſtes defecere.Et quidē tanto furore:vt oēs Carthaginenſes qui pręſidii cauſa apud illos erant interficerēt:ac mœnibus oppidorū pręcipites darent.Explicatus igitur Matho Hipponēſium cura:qua prius deſtinabat:exercitū reduxit:cōiunctuſqꝫ cū Spendio:& Antarico oībus ſimul copiis Carthaginē ipſam obſidere aggrediunt.Tantis vndiqꝫ cladibus afflicti Carthaginenſes quo ſe verterēt:neſciebant.Et accedebat his malis ꝙ in Senatu factionibus certabatur:aliis Hamylcari:aliis Hannoni fauentibus:vnde & barchina factio dicta eſt:quoniā Hamylcar cognomēto Barcha vocabatur.Cum itaqꝫ alter e ducibus amouēdus eſſet:nec in Senatu ob ſtudia factionū cōuenire poſſet.Placuit tandem exercitus arbitrio permittere:vt quem vellet ducem retineret.Quo facto rurſus Hannone a cura belli repulſo:prærogatiua militari:Hamylcar pfertur:in Hannonis locū Hannibal ſuffectus magnaqꝫ cōcordia ducum:bellum deinceps adminiſtratū:Carthago nihilominus ab hoſtibus obſidebatur.Nam terra quidē circa vrbem oīa loca tenebant.Hamylcarē vero exercitumqꝫ excluſerant.Per hæc tēpora Carthaginenſibus obſidione laborantibus:Hieron

De Gliſcone ſentētię.

Supplicia dira.

Crudele bellum

Carthag. afflictio.

Barchina factio

Syracuſanus magna auxilia miſit.Romani quoq; in hoc bello Carthagineſibus opitulati ſunt.Ex huiuſmodi cauſa cū primū obſideri cœpta eſt Carthago:multi ab Italia quæſtus gratia nauigātes frumētū in caſtra hoſtiū deferebāt.Eorumq; ad quingētos variis tpibus Carthagineſes cœperāt:& in carcerē adduxerant:qua de cauſa cū poſtea legati a ſenatu miſſi Carthaginē veniſſent:& Carthagineſes eorū gratia cōmoti:illos qui capti erant:benigne liberaſſent:vſq; adeo grate id ſuſcepit Populus Ro.vt Senatuſconſultū fieret ex Italia ac oībus locis:quę romano ſuberāt imperio frumentū Carthaginē exportari licere.In caſtra vero hoſtiū ne quis exportaret magna cōſtituta pœna eodē ſenatuſcōſulto ꝓuiſum eſt.Captiui quoq; oēs Carthaginenſiū qui poſt pacē in Sicilia Italiaq; remanſerāt:ſine ꝑtio dimiſſi ſunt:qbus rebus ſubleuati Carthagineſes:obſidionē tolerabant:& iam copiæ Hamylcari indies augebant.Itaq; ſupioribus locis caſtrametatus commeatū ab Aphrica deferri in caſtra hoſtiū ꝓhibebat.Qua tandē difficultate coacti hoſtes:cū neq; ab Italia Siciliaq; ꝓhibētibus Romanis:neq; a terra ꝓhibēte Hamylcare commeatus deuehi poſſet:

Vide an Thunes

obſidionē diſſoluerūt:Relictoq; apud oppidū Thimes Mathone cū parte copiarū:Spendius reliquas habēs copias ad quinquaginta milia hoīm cōtra Hamylcarē contēdit.Hamylcar equitatu & elephātis ꝑualebat:quę duo veritus Spendius plana vitabat editis locis caſtra metabat.Cū igitur ꝓpinqua eſſent hoſtiū caſtra:ac ꝑ ſingulos fere dies ꝑlia cōmitterent:cōfeſtim diſcernere licuit:quantū inter peritiā ducis:ac temeritatē ferociū virorū intereſſet.Hamylcar eñ nil temere:nil ferociter gerēdo Spendii audaciā breui domitauit

Spendii ferocitas

Nonnūq̄ eñ ſimulata fuga in inſidias ꝑcipitē traxit:nōnūq̄ improuiſo hoſtes adortus magnum eorū numerū oppreſſit.Captiuos oēs vti ab initio cōſtituerat:beſtiis laniādos obiecit.Tandē circūuentos eo difficultatis adduxit:vt neq; deſcēdere ex ędidis locis metu equitum:atq; elephantorū auderēt:neq; cōmeatus deferri ad eos poſſet.Cū ea iam plane eſſet obſidio.Spendius ad Mathonē nunciis miſſis:vt ſibi cū reliqs copiis ſubueniret poſtulauit et quaſi id ꝓpe diē futurū eſſet:hac auxilii ſpe milites ſolabat.Sed nihil duri in pſentiarū aberat.Hamylcar eñ in dies magis eos pmebat:ac vallo & foſſa circūdabat.Cōmeat⁹ autem oīno defecerāt.Cūq; captiuos oēs beſtiis obiici nō obſcurū eſſet:nec vllū miſericordię locū ſibi relictū ob ſupiora ſcelera intelligerēt:incerto cōſilio:inter angorē famis:ac formidinē ſupplicii fluctuabāt.Demū ad eam rabiē deſpatio adduxit:vt primo equos:ac iumenta comederēt:mox ſeruis ac miniſtris cæſis eorū carnibus ſuſtētarent:Deniq; cum fru

Fames dira

ſtra expectatū auxilium nō veniret:milites ſpendii cum Hamylcaris militibus e vallo colloquunt:petuntq; vt liceat legatos ad Hamylcarē mittere.Id cum impetraſſent mittunt aliquos:ac ꝑ eos paciſcunt:vt decem e primoribus exercitus Hamylcari traditis:reliqs cū ſingulis veſtimentis abire liceat.Ea pactione Spendius ipſe:& Antaricus:& alii primores exercitus traduntur:Hamylcari & in Cathenas coniiciunt. Dum hęc in caſtris fiunt ad quattuor milia affrorum:qui huius pactionis ignari fuerunt:arma ceperunt:& in parte caſtrorum ſe tutabantur.Quos poſtea Hamylcar quaſi expertes fœderis in hoſtiū numero habuit:eoſq; ad vnum interfici iuſſit.Poſt oppreſſum Spendii exercitū.Hamylcar vt reliquas hoſtium copias pſequeretur:Thimes exercitum duxit.Id enim oppidum Matho cum parte copiarum tenebat:& vſq; ad Carthaginis mœnia quotidie infeſtabat.Cū igitur Times peruieniſſet in pugnam:pellicere Mathonem nitebatur.At Matho ſe primo aduentu mœnibus continebat:nec pugnandi copiam faciebat.Itaq; duces inter ſe partitis copiis binis caſtris diuerſa regione contra oppidum poſitis obſidere incluſos pergūt:Hannibal ab ea parte oppidi quæ ad Carthaginem ſpectat caſtra metabatur. Hamilcar vero ſuperioribus locis quæ ad Aphricam pertinent.Itaq; diuiſis copiis caſtriſq;:die conſtituta de Spendio ac Antarico:ac cæteris primoribus hoſtium:quos in Cathenis habe-

Spendius traditur

Matho.

bant: ſuppliciũ ſumere in oculis obſeſſorũ ſtatuerũt. Quã obrẽ ex cõpoſito ante oppidum cõuenientes q̃ proxime ad mœnia illos adducũt. Ibiq; ſupplicio laceratos ſpectãtibus hoſtibus altiſſimis crucibus ſuſtulerũt. Ea cũ perfeciſſent ſua vtriq; dux in caſtra milites reducere cœpit. Inter hęc Matho paratis ſtructiſq; intra oppidũ copiis eorũ digreſſum expectabat. Itaq; vt Hamilcarem iam lõgius abire cõſpexit e diuerſa regione oppidi cõfeſtim egreſſus Hãnibalẽ tardius iter faciẽtẽ aſſequitur. Tãtuſq; fuit impetus vt nõ ſolũ profligaretur Hãnibalis exercitus: verũ etiã cũ effuſa copia repetere caſtra mixti vna victi victoreſq; intrarẽt. Turpis de hinc fuga & plurima cędes vbiq; per iram a victoribus edita. Capti etiã multi: & in primis Hãnibal ipſe dux quẽ e veſtigio ad crucẽ Spendii tractũ: illius depoſito corpore hũc mutilatum crudeliter atq; cõfractum viuũ adhuc in eãdem crucem ſuſtulere. Triginta vero ex nobilitate Carthaginenſi circa Spendii corpus crudeliſſime mactauerũt: Hamilcar nec ſatis propere ſenſit eruptionem hoſtiũ ꝓpter lõgã diſtãtiã caſtrorum. Nec poſtq̃ intellexit ferre auxilium potuit ob locorũ difficultatẽ. Interiacent enim paludes ac plurimũ impedita ſunt loca: Proceſſerat tamẽ e caſtris vt auxiliũ ferret: ſed medio fere itinere deletũ Hannibalis exercitũ: & capta eius caſtra cognouit. Itaq; reductis ꝓpere copiis nec prioribus caſtris cõſiſtere auſus lõgius abiit: & apud Macherã fluuiũ caſtra metatus eſt. Hęc poſtq̃ Carthaginẽ nũtiata ſunt: rurſus ſenatũ ſimul atq; plębẽ metus inuaſit. Renatũ enim bellũ cernebãt: qd paulo ante cõfectum videbatur. Itaq; maiore cura q̃ vnq̃ incumbẽtes nouũ in vrbe delectum habuere. Triginta vero ſenatores ad Hamilcarem legatos miſerũt: qui cum illo agerent vti priuatas inimicitias: quę ſibi cum Hannone fuerãt rei publicę cõdonaret. Eũq; collegam eſſe pateretur: cõmuniq; conſilio bellũ gerere. Id cũ impetraſſent. Hãno rurſus cum nouo delectu miſſus Hamilcari cõiũgitur. Hi poſtea aduerſus Mathonem bellũ gerẽtes: poſt multos caſus: ac varias belli vices quos & apud Lepten oppidũ: & aliis locis habuere: tãdem ex cõpoſito ſua & hoſtium voluntate magno prȩlio ſignis collatis decernere ſtatuerunt. Ad hoc ipſum dies cõſtituta. Copiæ vndiq; contractę: apparatus omni adnixu vtpote ad extremũ caſum facti. Pugna demũ inita Carthaginẽſes victoriam aſſecuti ſunt. Matho in poteſtatem hoſtiũ viuus puenit. Poſt hoc prȩlium Ciuitates Aphricę quę prius defecerãt: in Carthaginẽſiũ poteſtatem omnes rediere: præter Vticenſes: & Hipponẽſes. Hę nãq; pro magnitudine crudelitatis dudum ad Carthaginenſes ciues editę ſi in victoris poteſtatem rediſſent ſuppliciũ formidabant. Itaq; iam pridẽ ad Romanos legatione miſſa ſe ac ſua illis dedebant. At Romani ſuſcipere noluerũt. Ita re infecta legatio rediit. Tãdem prȩciſa omni ſpe: & ipſę redire in poteſtatẽ victoris coactę ſunt. Per hũc modum finis bello Aphrico impoſitus. Triẽnio fere: & quattuor menſibus poſtq̃ geri cœptum fuerat: vſq; adeo proſpero euentu vt nõ ſolum cuncta recuperarẽt Carthaginenſes in Aphrica prius amiſſa: verũetiam auctores omnes rebellionis quaſi fato quodam in poteſtatem eorum viui peruenirẽt. Matho captiuiq; alii in triumphum ducti: & ſupplicio affecti ſunt.

Matho.

Hãnibal captus & cruciſixus

Hamilcaris & Hãnonis concordia.

Matho captus & occiſus.

Carthaginẽſ egregia victoria.

POſt pacẽ igitur in Sicilia cũ Romanis factã: Carthaginẽſes iſta geſſere. Romani vero poſt eã pacẽ aduerſus Illirios ob cęſum populi Romani legatũ & infeſtatũ pdatoriis nauibus mare: tũc primo geſſere bellũ qbus celeriter domitis & purgato mari plęrçq; ciuitates Grææciç in popl'i Romani amicitiã puenerũt. Nã Illirii per id tẽpus cões oĩm Græcorũ hoſtes erãt: terraq; & mari oĩa infeſtabant. Corcyrã & Epidamnũ obſederãt: & pugna nauali Achæos fuderãt: oẽmq; Grę ciã latrociniis: armiſq; cõtriuerãt: Sed vbi affuerũt Cõſules ãbo. C. qdẽ Fulitius cũ ducẽtis nauibus. A. vero Poſthumius cũ pedeſtribus copiis: quas Brũduſio Appolloniã traie-

Illirii domiti.

cerant: Fracti nullo negocio Illirii: & ad extremū domiti pacē ſupplices petierūt: & quas tulerūt cōſules cōditiones acceperūt. Tenta eorꝫ regina cuius opera legatus populi Romani cū ad res petēdas veniſſet ad eā: interfectus fuerat: grauiter mulctata: ac fere toto regno ſpoliata eſt. Reductis in Italiā exercitibus cū nūtiarētur Carthaginēſes finito Africo bello magnā parare claſſem qua Sardiniā inuaderēt. Romani in ſuſpitionem adducti: quaſi ea claſſis aduerſus ſe cōtra fœdus pararetur: pacē ruptā q̄rētes bellū Carthaginēſibus indixere. Eius tāta repēte formido pœnos inuaſit: vt non ſolū Sardiniā dimitterent: verū inſuper ſtipēdium mille ducentorꝫ talentorꝫ impēderēt: ne ſe in p̄ſentia populus Romanus adoriretur. Ita fœdus inter Carthaginēſes & Romanos renouatū eſt. Sardinia ad imperiū Romanorꝫ acceſſit creſcētibus mox in Hiſpania Carthaginenſiū viribus: eo nāqꝫ poſt fœdus: Hamilcar cū exercitu miſſus: incredibili virtute rē Carthaginēſium adauxerat: nec eā quidē partē Romanus populus negligēdam putauit: ducibus exercitibuſqꝫ eo miſſis: his quoqꝫ in locis imperiū extēdit: vt neqꝫ plus nimio creſceret aduerſariorꝫ potētia in vacua penitus regione: neqꝫ ex ea parte quicq̄ moliēdi facultas hoſtibus p̄ſtaretur.

Tenta regina.

Fœdus renouatum

Bellū deinde Gallicū in Italia oritur: de quo altius repetētes dicere aggrediemur. Nā vt Aphricū bellū Carthaginēſib⁹ finitimū: & ob id periculoſū fuit. Ita Gallicū Romanis & in vtroqꝫ nō de gloria: ſed de ſalute pugnatū cōſtat. Italia ab oriēte q̄dē Adriatico mari: a meridie vero atqꝫ occaſu Tyrrheno in modū inſulę cingitur. Ad ſeptētrionem vero montes habet cōtinuos qui inter vtrunqꝫ mare extēſi mirabili altitudine ac difficillimo aditu a mediterranea regione illā cōmuniūt. Hi mōtes ꝓprio nomine alpes vocātur. Apeninus autē mons paulo ſupra inferū mare ab alpibus oritur: moxqꝫ ſe magis: atqꝫ magis ab illis diſiungēs: recto dorſo in ſuperū mare ferē: quaſi vſqꝫ ad vrbē Senā. Inde rurſus ad dextrā flectens per mediā Italiā in ſiculum fretū diſcurrit. Inter Apeninū vero & alpes cāpi ſunt: nō Italię modo verū etiam totius Europę vberrimi: quorꝫ formā quodāmodo triangularem eſſe cōtingit. Alterum ſiquidē latus Apeninus efficit: alterum alpes: qui ab angulo ſummo quo inuicē ſe cōtingunt: magis atqꝫ magis diſiungētes in Adriaticum mare feruntur. Baſim vero trianguli littus ipſum Adriatici maris efficit a Sena vrbe vſqꝫ ad intimū Venetię ſinū. Padus vero inter Apeninū & alpes decurrēs: ingēti aquarum multitudine planiciē ſecat & in adriaticum mare fertur. Hāc regionē Tuſci quōdā incoluere duodecim vrbibus in ea cōditis. Et Adriaticū mare ab Adria Tuſcorꝫ colonia: quæ inter oſtia Padi cōdita fuit nominatum cōſtat. Galli deinde ſuperatis alpibus in hāc regionē trāſierunt: pulſiſqꝫ Hetruſcis per hæc loca cōſedere: a quibus mox Gallia vocitata eſt: Galliæ igitur duę ſunt: altera trāſalpes: quę ꝓprie eſt Gallia: Altera in Italia q̄ ciſalpina dicitur. Sed huius Gallię quę eſt in Italia p̄cipuę auctoritatis Hi populi fuere: Primi inter Padū: & alpes Lai: mox Lebetii: Poſt hos Inſubres: mox Cenomani: inde Veneti nō ipſi iā Galli: ſed aliud gen⁹ antiquū ex Paphlagonia p̄fectū. Inter Apeninū rurſus & Padū: Primi Ananes poſt Boii: inde Eguanes mox Senones: q iuxta Adriaticū mare extremi oīm Gallorꝫ incoluerunt. Horꝫ p̄cipua vrbs Sena fuit. Ducēteſimo fere anno: poſtq̄ hi Gallorꝫ populi in ea regione cōſederunt: bella inter eos ac Romanos ſunt orta. Nec primo aduerſus oēs: ſed aduerſus Senones: q magis finitimi erāt. Hi eñ ſuperato Apenini iugo cū magno exercitu in Hetruriā deſcēderūt. Ibi cū vrbē Cluſiū obſediſſent: irritati a legatis Romanis: q per ſpeciē cōcordię veniētes: mox p̄lio ſeſe intulerāt: ac regē ipſum Gallorꝫ cominus pugnādo occiderāt: Omiſſo Cluſio Romā inuaſere. Hi ſunt Galli Senones a q̄bus Romam captā vulgo p̄dicāt. Non ipſi tūc primū ex Gallia veniētes: ſed in Italia nati educatiqꝫ: verū antiqua origine ex Gallia orti. Multa poſt hoc bella inter Romanos & Gallos cōſecuta ſunt: vſqꝫ ad tēpus primi punici belli. Poſt id autē bellū: maior q̄ vnq̄ tumultus ex

Bellum gallicanum

Italię deſcriptio.

Alpes

Apeninus

Gallia.

Gallię duę.

Veneti.

Senones q Romā ceperunt

huiuſmodi cauſa oritur. Nõ multo ante id tẽpus Galli Hetruriã ingreſſi aretiũ obſede-
rant. Romani auxiliũ ferẽtes cõtra Gallos nõ lõge ab Aretii mœnibus dimicarunt. In ea
pugna ſuperati Romani cõſulẽ amiſerũt. Multi ꝓterea Romanoꝝ captiui in Galliã ducti
ſunt. Cũ igiť ꝓ his redimẽdis legati populi Romani in Galliã veniſſent: cõtra ius gentiũ
violati a Gallis interficiunť. Ea indignatiõe populus Romanus nouũ delectũ ex integro
habuit: ac M. Curiũ bello gerẽdo ꝓfecit: q cũ exercitu Galliã ingreſſus cõtra Senones col
latis ſignis pugnauit: victorq; tãta occidione eos occidit: vt pene ad internectionẽ dele-
rẽtur. Reliquos vero qui ꝓlio ſupfuerãt ſedibus Romani ꝓpulerũt. Alios deinde Gallos
duobus ꝓliis ſuperatos ſuis acquieſcere rebus: ac pacẽ optare cõpulerunt. Hæc fere extre
ma erãt cũ Gallis geſta ante tẽpus primi punici belli. Itaq; durãte bello punico Galli qe-
tẽ egerũt. Poſt punicũ tãdẽ & Illiricũ bellũ. C. Flaminius legẽ ad populũ tulit: vt ager gal
licus q Senonibus per ſuperiora bella adeptus fuerat Romanis ciuibus aſſignareť: Id cum
innotuiſſet: Boii q proximi poſt Senones erãt: hãc ꝓpinquitatẽ Romanoꝝ Ciuiũ grauiſ-
ſime indignabãtur. Quo em̃ tandẽ alio eã rẽ ſpectare: niſi vt pulſis deinceps oĩbus Gallis
regionẽ totã in ꝓprios vſus Romani conuettãt! Cõſueuiſſe bella geri propagãdę imperii
ac glorię cauſa, victis aũt parci ſolere. Romanos aũt cõtra ius gẽtiũ cõtraq; humanitatẽ:
nõ iam de gloria: ſed de pręda certare. Enĩuero nõ vſq; adeo cõtritas eſſe Gallię vires: vt
cõtẽptui Romanis eſſe debeãt: ac in coꝝ oculis: qbuſcũ pacẽ fecerint: veluti peremptoꝝ
in bello ſpolia legere. His accẽſi vocibus legationẽ de cõmuni ſalute ad Inſubres quorũ
pręcipua inter oẽs Gallos Ciſalpinos fuit auctoritas mittũt. Idẽ faciũt ad Cenomanos &
alios Galloꝝ populos. Ibi refricãdis veteribus odiis: ac recẽtibus iniuriis cõtra Romanos
incẽdũt: Magnas eſſe docẽt Ciſalpinoꝝ Galloꝝ vires: modo oẽs vno cõſenſu ad bellũ in-
cũbãt. Q꞉ ſi ſinguli p ſe aggrediant̃ impares eſſe Romanis: qđ illi aſtu ꝓuidẽtes ſemp egiſ
ſe vt ſingulos inuaderẽt. Itaq; Senones dudũ ea fraude euertiſſe: nũc vero Boios impete-
re: quos ſi opprimãt mox Cenomanos: inde Inſubres petituros. Quãobrẽ ſi ſapiãt cõmu-
ni cõſenſu bellũ eſſe ſuſcipiẽdũ: quinetiã mittẽdos eſſe Tranſalpis legatos: q priſtinã con
ſanguinitatẽ cõmemorent: præſidiũq; & belloꝝ auxilia rogent. His igiť rationibus Inſu-
bres: & Cenomanos: ac cęteros oẽs Gallię populos: in ſentẽtiã trahũt: Cõſiliaq; belli faci-
le ſuſcipiũt: & cõtra populũ Romanũ oẽs cõiurãt: cõmuniq; conſilio Tranſalpes legatio
ne miſſa Congolicanũ & Amæroeſtem Galloꝝ reges: itẽq; alios circa Rhodanũ Gallos in
gẽtibus ꝓmiis pollicitationibuſq; ſollicitare aggrediũtur: vt coacto exercitu in Italiam
tranſeãt: per maxima eis cõmoda: ſi Romanos ſuperẽt oſtẽdunt. Eſſe em̃ Italiam vbere &
amœno ſolo cũctis etiã quę dici poſſint diuitiis refertã. Romanos aũt vinci nullũ fore ne-
gociũ: ſi Tranſalpini Ciſalpiniq; Galli priſtinę cõſanguinitatis memores: vna ad bellũ in-
cũbãt. Cũ olim Senones eos ꝓlio fuderĩt: vrbẽq; Romã ceperint: atq; incẽderint. Hęc iactã
do monẽdoq; tãdẽ reges ipſos populoſq; Gallię ad bellũ exciuerũt: Magniq; cõfeſtim ha-
benť delectus: multi etiã ſpe prędę ac nouarũ ſediũ auiditate: ſeſe regibus cõiũgũt: vt ne
q; maior vnq̃ exercitus: neq; ex validioribus pugnatioribuſq; gẽtibus neq; omni appara-
tu inſignior cogereť: ſocietaſq; publice fieret: inter Ciſalpinos & Trãſalpinos Gallos: ad
Romanũ imperiũ euertẽdũ: hęc vbi & fama: & multoꝝ literis: nũtiiſq; Romã delata ſunt
magno terrore coorto varie tumultuari in vrbe cœptum. Magnos delectus haberi: copi-
as educi. ꝓperare oẽs trepidare adeſſe iã Gallos putare. Cęterũ hęc nõ parũ Carthaginẽ-
ſibus ꝓfuere ad imperiũ in Hiſpania ꝓpagãdũ. Romani em̃ hũc tumultũ gallicũ formi-
dãtes res Hiſpanię negligere coacti ſunt. Itaq; renouato cũ Carthaginenſibus fœdere to-
tis iam animis in bellũ gallicum verſi: id vnũ per id tẽpus maxime cogitabãt: quẽadmo-
dum aduerſus Gallorũ conatũ reſiſtere poſſent. Coacto circa Rhodanũ exercitu: omni-

M. Curius Gallos Senones opprimit.

Duces Gallorum.

Tumultus Romę.

buſq; ad iter paratis. Cõgolitanus & Anæroeſtes Gallorꝫ reges: magnã multitudinẽ mouẽtes: ſupatis tãdẽ alpibus in Italiã venerũt. Tardiorẽ fuiſſe illorꝫ aduẽtũ cõſtat. ac diuti⁹ protractã ſpem. Itaq; Cenomani & Veneti legationib⁹ Romanorꝫ interea deliniti: ab incœpto: deſtiterãt populiq; Ro. amicitiã. ſocietati Trãsalpinorꝫ ptulerãt. Cũ ergo ĩ cãpos q ſunt circa Padũ amnẽ trãsalpini exercit⁹ deſcẽdiſſent. Inſubres ac Boii magna multitudine ſeſe illis cõiũgũt. Reges igiť ꝓpter Cenomanorꝫ Venetorũq; ſuſpitionẽ: pte copiarꝫ Inſubribus relicta: ipi cũ reliquo exercitu caſtra Hetruriã verſus mouerũt: ducẽtes peditũ atq; eqtũ ĩfinitã pene multitudinẽ. Eo ãno. L. Aemyli⁹ &. C. Attili⁹ cõſules. C. pricipio cõſulat⁹ ĩ Sardiniã cũ claſſe nauigauit. Aemyli⁹ ãt cũ exercitu Arimini Boiis opposit⁹ cõſiſtebat. Cęterũ ciuitas tota erecta ac ſollicita erat: nec ſine ingẽti metu tãti gallorꝫ conat⁹ expectabanť. Veniebat. n. ĩ mẽtẽ veteris cladis: & q̃ſi fatalẽ Romanę vrbi gẽtẽ formidabãt Itaq; maximos iã ptidẽ exercit⁹ ob hãc ſuſpitionẽ popul⁹ Roman⁹ parauerat: ac inſup delectus noui ĩ vrbe: & apud ſocios ĩpigre habebanť: & quaſi nõ ſemel: ſed pluries pugnãdũ eſſet: Milites copięq; toti⁹ Italię: ad ſenatũ relatę pſto eſſe monebanť. Nec ſane cęteri Italię populi ſegniores erãt. Tãtis eñ Gallorꝫ copiis Italiã pmẽtib⁹: nõ iã ꝓ Impio popli Ro. ſed ꝓ ſalute ſua ſuorũq; ac patrii ſoli tutela ſe pugnaruros arbitrabanť. Ea ppter oẽs Italię popli Romanis quaſi nõ dominãtib⁹: ſed quaſi potẽtia & auctoritate primorib⁹ in hoc bello paruerũt: & quaſi ad caput ſũmã toti⁹ rei ſponte ſua referebãt. Quãtas vero copias in armis: quãtaſq; paratas ĩ ſubſidiis Italia tũc habuerit ex tabulis ſingulorꝫ populorꝫ itueri licuit quas hic ꝓut a certiſſimis auctorib⁹ nr̃is: græciſq; traditũ ẽ ſingl'atim referẽdas: pro gloria pr̃ię exiſtimauim⁹. Primũ vt a Romanis incipiã. L. Aemyli⁹: &. C. Attili⁹ Cõſules principio ſui cõſulat⁹ quattuor legiones vrbanas ĩ expeditionẽ eduxerãt: harũ ſingulis quiq; milia & ducẽti pedites: eqtes vero trecẽti inerãt. Exierãt quoq; cũ iiſdẽ cõſulib⁹ auxilia ſociorꝫ: horꝫ erat nũerus trigĩta milia peditũ. Eqtũ vero duo milia. Itaq; cõſules ãbo in exercitu habebãt milia peditũ qnquagĩta & octingẽtos. Eqtũ vero tria milia & ducẽtos Hic ordinari⁹ erat exercitus: ac p ſingulos ãnos educi ſolitus. Extra ordinẽ vero tumult⁹ Gallici cã Hę poſtea copię ſuperadditę fuerunt. Primũ Tuſci atq; Sabini peditũ ſeptuaginta milia: ſtatim vt Galli trãſire Apeninũ nũtiati ſunt in armis habuere. His ne priuata magiſq̃ publica auctoritate gerere bellũ viderenť: Pręt or Roman⁹ pfectus eſt ac tueri Hetruriã iuſſus. Poſt hos Vmbri & Sarſennatę Apenini accolę ad viginti milia: hi Apenino cõſiſtere iuſſi erãt: & ĩ Boiorũ agros irrũpere: has tũc aduerſus gallos prĩo copias ĩpetu oppoſuerãt. Erãt pterea paratę alię copię q̃ q̃ſi ĩ ſubſidiis tenebanť: Ro. viginti milia peditũ: eqtes mille & qngẽti: ſociorꝫ aũt trigĩta milia peditũ: eqtũ vero duo milia. Hi Romę iuſſu Senatus popl'iq; ſi qd ſubitaneũ ĩcũberet aſſidue pſtolabanť. In tabulis vero relatę erãt copię armatorꝫ: q̃s vnaq; gẽs ſubſidii cã parauerat. Nũer⁹ earũ hic fuit. Latinorꝫ octoginta milia peditũ: eqtũ vero duo milia. Samnitum vero ſeptuagĩta milia peditũ: eqtũ vero ſeptẽ milia. Iapigẽſiũ ac Meſapiorꝫ qnquagĩta milia peditũ: eqtũ vero ſexdecim milia. Lucanorũ trigĩta milia peditũ: eqtũ tria milia. Marſorꝫ aũt & Maricinorꝫ ac Ferẽtanorꝫ: & pterea Veſtinorũ peditũ viginti milia: eqtũ quattuor milia. Erãt quoq; p id tẽp⁹ pter eas copias q̃s ſupra memorauim⁹ legiones duę: ĩ Sicilia & circa Tarẽtũ pſidii cã cõſtitutę. Harũ ſingulę hẽbãt peditũ q̃ttuor milia & ducẽtos eqtes. Inſup Romanorꝫ: Cãpanorũq; ſcripta atq; parata ad id bellũ ml'titudo ingẽs. Eius nũerus fuit circiter ducẽta qnq̃ginta tria milia peditũ. Eqtũ viginti milia. Numer⁹ igiť oĩm. ſimul ex tota Italia armatorꝫ fuit. peditũ ſepties cẽtena milia: eqtũ vero circiter ſeptuaginta milia. Hę tũc Italię fuerũt copię: pter Boios & Inſubres ac cęteros populos qui Ro. aduerſabantur: Galli paratis omnibus quæ ad bellũ pertinebãt: tãdẽ ſuperato Apenini iugo in Hetruriã deſcẽderũt. Oĩa ferro igneq;

Copiarũ cõtra Gallos vis.

Numerus ingens armatorum

vaſtantes. Cũ iam nõ lõge ab vrbe Cluſio eſſent: Hetruſcoꝝ Sabinorũq; copias quas pſidii cauſa paratas dixim⁹ cũ Romão ptore in agro Aretino cõueniſſe nũtiat. Quo audito Galli cõfeſti iter ad noſtros tumultuoſius cõuerterũt. Cũq; in cõſpectu eſſent caſtra vtrinq; munierũt. Pretori Ro. expectãdũ. L. Aemyliũ cõſulẽ videbat: nec prius cũ tãta multitudine Galloꝝ fortunã pugnę experiẽdã eſſe: q̃ exercitus conſulis cũ Heruſcoꝝ Sabinorũq; copiis iũgeret. Eo cõſilio intra vallũ militẽ cõtinebat: nec poteſtatẽ pugnãdi faciebat hoſti: ſatis in pſentia exiſtimãs: ſi a populationibus cohiberet. Cognita igit ptoris ſentẽtia Galli dudũ adiũgũt: quaſi eñ aduẽtũ cõſulis. (Nã is plane adeſſe dicebatur) formidarẽt de quarta vigilia peditẽ educũt: ac feſulas verſus iter facere cõtẽdũt. Equitatũ vero oẽm in caſtris relinquũt: nec prius iter arripere iubẽt q̃ hoſtibus cõſpicui fuerint. Hetruſci igitur ac Sabini primã ſub lucẽ Galloꝝ equites tumultuoſius abire cõſpicati: cũ inſuper noctis ſilẽtio peditẽ e cõſpectu ablatũ cernerẽt: fugãq; & trepidationẽ exiſtimarẽt: rapto poſt eius agmine incaute ferunt. Ita pcipitati in inſidias circũueniunt a gallis & inuiti pugna decernere: cõpellunt. Ad ſex milia Herruſcoꝝ Sabinorũq; in ea pugna cecidere. Reliqua vero multitudo cũ Galli vndiq; pmerẽt numeroq; & ferocia pſtarẽt: accepta protinus fuga in tumulũ quẽdã natura munitũ ſeſe trepida recepit: Galli quoniã & plio & ſuperioris noctis vigilia cõfecti erãt ab expugnatione eius tumuli ſe tũc cõtinuere: ſed circũ ea loca ſtationibus diſpoſitis ad curãda corpora vertunt: eo ꝓpoſito: vt poſtridie totis viribus tumulũ expugnare aggrediãtur. Per idẽ tẽpus. L. Aemylius cõſul quẽ Arimini cũ exercitu fuiſſe diximus: cognito Galloꝝ aductu in Hetruriã per ꝓximos Apenini ſaltus trãſierat. Cũ forte ſuperioris pugnę ignarus nõ lõge ab eo tumulo caſtra poſuiſſet: q obſidebantur cognito aduẽtu cõſulis (Id eñ ex ignibus p noctẽ intellexerãt) ad illũ mittũt: ac rei geſtę ſeriẽ: quo ve ſint loco res exponũt: Cõſul in tãto ſocioꝝ periculo minime cunctãdũ ratus vt primũ diluceſcere cœpit cũ equitatu anteceſſit. Tribunos cũ legionibus ſequi iuſſit. Galli quoq; ea nocte adeſſe cõſulẽ ex ignibus intellexerãt: Itaq; vigilię totis caſtris per noctem factę: ac fere oẽs armati inſomneſq; cõſtitere. Cũ vero prima luce aut pugnãdũ aduerſus cõſulem: obſeſſoſq;: aut cõcedẽdũ eſſe apparet. Anærœſtes: Gallis & duarum noctiũ vigilia: & ſupioris diei labore cõfectis metuẽs: quo plio auerterat animos: nouas ſubinde curas iniecit. Inquit eñ ſtultũ eſſe tẽpus cũ hoſtibus terere: donec præda quæ nunc paſſim totã per Herruriã iacet ex agris tollatur. Si ſapiãt Galli late diſcurrẽdũ: pdaſq;: q̃maximas abigẽdũ cũ ſatis onuſti fuerint. In proximã Galliã redeũdũ: relictiſq; ibi ſarcinis & ĩpedimentis ruſus Herruriã repetẽdũ. vt pliũ aduerſus hoſtes: expediti cõmittãt. Id cõſiliũ cũ approbaſſent Galli ante cõſulis aduẽtũ ſigna mouẽtes lõge lateq; pdatũ per Hetruriã diſcurrũt: Onuſti tãdẽ oĩs generis pda: cũ ad littus inferi maris nõ lõge a thalanione oppido peueniſſent cõuerſo tãdẽ itinere iuxta ipm littus vadẽtes Galliã repetebãt. L. Aemylius Cõſul ſuſceptis his copiis quę in tumulũ cõfugerãt Gallos inſeqbat: eoſq; quãtũ poterat a populationibus cohibebat. Per idẽ tẽpus. C. Attilius alter cõſul litteris p ſenatus e Sardinia accitus: Piſas nauib⁹ aduenerat: expoſitiſq; in terrã copiis: cõtrario: q̃ Galli itinere: iuxta littus ĩferi maris exercitũ ductabat: q vbi iã appropinquare gallos ex captiuis quos ĩterceperat cognouit: Alteꝝ vero cõſulẽ pone ſeq legiones tribunis militũ tradit: iubẽs vt mature veſtigia ſeqrent: ipſe cũ eqtatu añcedẽs collẽ ĩminẽtẽ viæ poccupare cõſtituit. Ex eoq; pugnã aduerſus hoſtes cõmittere. Galli poſtq̃ aduẽtare alterũ Cõſulẽ intellexerũt cõfeſtim eqtatũ oẽm ac ptẽ expeditoꝝ pmittũt ad eũ collẽ occupãdũ. Erat. n. is locus q̃oportuniſſimus: quoniã aditũ claudebat quo neceſſario erat trãſeũdũ: Cũ vero anticipatũ iã a. C. Attilio collẽ inueniſſent: pugnã eqtes incipiũt: id certamẽ magis: ac magis creſcere q cũ. L. Aemylio erãt primũ admirabãt ignari alteri⁹ cõſulis

Gallorum ſtratagema & victoria.

aduētus.Sed vbi ꝓpius accedētes.C.Attiliū ex pugna adeſſe Cognouere:ingenti lętitia
profuſi eq̄tes Aemyliani in ſubſidiū eoꝝ q̄ ꝑ colle pugnabāt trāſierūt.Aemylius aūt ipſe
cū legionib⁹ vti cōſueuerat poſt Gallos quadrato agmine ſeq̄bať.At Galli vbi ſe medios
inter duos cōſules & occupatū iter ꝑſpexerūt: quoniā a facie ſimul & a tergo pugnādum
erat:bifrontē aciē ſtruxere.Cōtra Aemyliū em̄ q̄ pone ſeq̄bať: Geſatas & Inſubres:aduer-
ſus aūt.C.Attiliū Taurinos & Boios collocarūt. Carros & impedimēta vnū in locū extra
aciē ſubduxerūt:p̄dā vero oēm in ꝓximū tumulū cū p̄ſidio expoſuerūt. Cū duas(vt p̄di-
ximus)frōtes haberet Galloꝝ acies:nō ſolū terribilē aſpectu: Verū etiā efficacē ad pugnā
dū illā eē euenit.Vt em̄ magis apta erat:ita magis cōſpicua hoſtib⁹ reddebať. Pluſq; ad
oſtēdēdā virtutē facultatis erat.Boii q̄dē & Inſubres auratis fulgētes ſagulis Gęſatę vero
Pręliū acre. more ſuę gētis nude pugnabāt primū certamē equitū fuit.Gallis pellere e colle.C.Attiliū
Ita animati: quũ ſingulos examinarent: tandẽ in Angelũ Corarium natione Venetũ men-tẽ conſenſumq; oẽs verterunt. Is fuerat paulo ante opera Innocentii põtificis inter patres aſcitus: quũ antea titulo tenus patriarcha Conſtantinopoleos haberet. Vir priſca ſeuerita te & ſanctimonia reuerendus. Is ergo conclaui egreſſus: promiſſionẽ: votum/& iuram entũ quę priuatus fecerat: tunc in poteſtate conſtitutus iterato nouauit. Atq; ita loquebatur de vnione primo illo tempore: vt ſi cętera deeſſent: pedibus & baculo ſe iturũ ad eam conficiẽdam aſſeueraret: ſtatimq; aduerſario ſcripſit illũ ad pacem inuitans: & abdicationẽ mutuã offerens. Aduerſarius autem tantiſdem ferme ſyllabis ad eum reſcripſit. Eadem inuitatio fuit: eadẽq; cohortatio. Locus deinde neceſſarius viſus eſt in quo & põtifices ipſi: & collegia cõuenirent. Ad hoc Saona pari conſenſu recepta fuit vrbs ferme medio ſpatio conſtituta: & tam mari q̃ terra acceſſibilis. Proſpere hucuſq; & plane ex ſententia: deinde paulatim res labaſcere cœperunt: & cuncta in dies deteriora fieri: voluntas ẽm illa pontificis recta nequaq̃ ſatis habere firmitatis reperta eſt ad pontificatum deponendũ. Cuius rei culpam multi in propinquos eius referebant. Ex his ẽm formidines inanes: & adumbrata pericula quotidie fingi ac inſtillari ei⁹ auribus prędicabant: quibus ille deterritus: nec Saonam accedere voluit: altero pontifice conſtituto tempore illic ſe exhibente: & abſentiam ei⁹ incuſante: & in cęteris quę facienda erãt difficilem ſe prębuit & moroſum. Roma tamen profect⁹ eſt Senas: ibiq; longiore mora protracta: quũ ab vniuerſis accuſaretur: Lucam ſe tandem contulit: data rurſus inani ſpe: quaſi cum aduerſario pontifice coiturus. Erat in alio pontifice non melior ſane mens: ſed occulebat callidius malam voluntatẽ: & quia noſter fugiebat: ipſe obuiã ire videbatur. Itaq; Saona profectus in Veneris portum: atq; inde quo propior eſſet Spediã venerat. Sed cum de congreſſu eoꝝ per internuntios ageretur: noſter tanq̃ terreſtre animal ad littus accedere: ille tanq̃ aquaticum a mari diſcedere recuſabat: quum per hunc modum deſideria Chriſtianorum qui pacem vnitatemq; optabant in longum ducerentur: non tulerunt cardinales noſtri: ſed deſerto põtifice Piſas abiere: idq; auditũ quum eſſet: alterius quoq; pontificis cardinales deſerto illo atq; relicto: lyburnũ aufugere: ibi congreſſi ſimul: ac paulo poſt Piſis oẽs recepti: miſſis per orbem terrarum nuntiis: ac litteris aduocarunt. Gregorius interea Senas reuerſus: paulo poſt Ariminum petiit. Ego pontificem ſequutus ſum potius iure familiaritatis: q̃ q; eius cauſam probarem: q̃q̃ in Gregorio permagna vitę morumq; honeſtas: & priſca quędam (vt ita dixerim) bonitas: deniq; in cunctis ferme reb⁹ mihi ſatiſfaciebat: pręterq̃ in vnionis negocio. Ego tamen (vt dixi) in cęterorũ curialium fuga illũ deſerere nolui: ſed & Senas: & Ariminum ſequutus: non prius ab eo diſceſſi q̃ graui præcepto ciuitatis meę reuocat⁹ ſum. Arimino per id tempus pręerat Carolus Malateſta prĩceps illius familię. Huic viro nihil deeſſe videbatẽ ad excellentiam laudis: idẽ robuſtiſſimo ac pulcherrimo corpore: idem conſilii maximi ac magnitudine animi pene immenſa: idem egregia liberalitate: Idem ſtudiorum litterarũq; peritiſſimus. Cum hoc ego viro familiaritatem maximã habui. Nec tamen corrumpit me amicitia in laudibus eius recenſendis: quas maiores & merebatẽ q̃ a me prędicẽtur. Dum Arimini commoratẽ Gregorius: concilium Piſis aſſidue cogebatur. Conuenitq; tandem in eũ locũ multitudo ingens cũctarum fere nationum In eo concilio accuſati de colluſione pontifices ambo priuati ſunt: & Alexander natiõe gręcus ad pontificatum aſſumptus. Per hęc tempora Ludouicus Andagauenſis fili⁹ eius Ludouici quem cum Carolo de regno contendiſſe ſupra ſcripſimus: Piſas veniens: conceſſionẽ regni Apulię ab Alexandro recepit. Nã Ladiſlaus cuncta effecerat quo cõciliũ impediret. quã etiã de cauſa magno cum exercitu circa Aretium conſederat: ſperans eam vrbẽ per amicos paternos recipere: ac oĩa turbare poſſe/& erat alioquin vnioni infeſtus: Romã certe aliaſq; vrbes poſt receſſum Gregorii nullo reſpectu eccleſiæ occupat. Itaq; Ludouicus cũ exerci

Angel⁹ Corarius.

Caroli Malateſtę laudes.

Alexander põtifex.

Ludouicus Andegauẽſis

tu noſtrorũ contra Ladiſlaum miſſus eſt. Cumq; eo Baldaſar Coſſa ex latere legatus. Hę co
pię q̄q̄ ingentes non multũ profecerunt: & fere circa vrbem Romã commoratę: nec vltra ꝓ

Alexandri põt. mors Io. xxiii. põtifex.

greſſę: irrito cœpto redierunt. Alexander vero per autumni tẽpus abiens Piſis Piſtoriũ con
ceſſit: ibi hyeme tota commoratus: Bononiã petiit. Nec multo poſt Alexander moritur: an
no fere poſtq̄ ſedere inceperat: In eiuſq; locum Ioannes. xxiii. aſſumit. Hic dum in minorib⁹
erat: Baldaſar Coſſa nominabat̃: ſancti Euſtathii diaconus cardinalis. Vir in temporalibus
quidẽ magnus: in ſpiritualibus vero nullus om̃ino atq; ineptus. Qui anno fere poſt creatio
nem ſuam Bononiæ cõmoratus: Romã tandẽ petere conſtituit: fuerat eñ illa prius aliquã
to de Ladiſlai manibus extorta. Iter eius per agrum Florentinũ & Senẽſem ad inferũ mare:
inde per Tarquinatẽ & Ceritanũ ad vrbẽ fuit. Poſt hęc apparatus facti: miſſęq; aduerſus La
diſlaum copię. Duces militię erant Paulus Vrſinus: & Sfortia: aderat quoq; Ludouic⁹ An
degauẽſis cui poſſeſſio regni quęrebat̃: iampridẽ ab Alexandro rex appellatus. Ab his com
miſſo in finibus regni prælio: Ladiſlaus ꝓfligat̃: q̄ ſi duces militię ſequi victoriam aut ſciuiſ

Ladiſlaus ꝓfligatur.

ſent aut voluiſſent: actũ quidẽ erat de regno. Sed in morando ac tẽpus terendo: recipiẽdi ſe
ſe ac vires reparandi facultatem victo regi dederunt. Vox fuit poſtea Ladiſlai qua die profli
gatus eſt: ea die & ſui corporis & totius regni poteſtatẽ in manibus hoſtiũ fuiſſe. Secũda ve
ro die corporis quidẽ ſui poteſtatẽ amiſiſſe regni tñ adhuc dominos eſſe potuiſſe: ſi ꝓſequu
ti victoriã eſſent. Tertia vero die nec iam ſui nec regni capiendi habuiſſe poteſtatẽ: quoniã
aduerſus illoꝝ vim remedia cõparaſſet. Poſt hęc fortuna varia fuit: vt modo pax inter ponti
ficẽ & regẽ: modo bellum vigeret. Ad extremũ vero rupta pace: ac Paulo Vrſino cum ponti
ficis copiis in Picentib⁹ obſeſſo: pontifex Roma pulſus Florentiam venit: factiones magnæ
per id temp⁹ in Florentinis vigebant: aliis pontifici: aliis regi fauentib⁹: ob eas factiones põ
tifex intra vrbẽ inuitatus non eſt: ſed in ſuburbano epiſcopi reſedit. Curia tamen intra vrbẽ
recepta. Rex per hęc tpa vrbẽ Romã: & alias om̃es vrbes vſq; ad fines Senenſiũ Florentino
rũq; occuparat: qui quũ terribilis ac prępotens eſſet: lateq; per Italiam dominaret̃: nec vlla
reſiſtendi cerneret̃ ſpes: Ioannẽ pontificẽ impulit ad externa trãſalpinaq; auxilia reſpicere.

Sigiſmũd⁹

Sigiſmundus per id temp⁹ imperiũ ceperat: Vinciſilao fratre turpiter adminiſtãte: ac oĩm
iam opinione principatu eius antiquato. Ad hunc igit̃ quũ in finibus Italię eſſet Ioannes põ
tifex legatos miſit duos ex Romanę eccleſię cardinalibus: iampridẽ tantũ agitata inter eos
re litteris & nuntiis vnicũ quippe remedium & pontifici & imꝑatori videbat̃: generale con

Cõcilii celebrãdi conſilium

ciliũ aduocari. Sed erant circa hoc ipſum cõſtituenda ꝑmulta: ceu locus/tẽpus/mod⁹. Miſ
ſi ſunt igit̃ his de cauſis ad Sigiſmundũ legati. horũ miſſio legatoꝝ: ruinę põtificis initium
fuit. Qua in re non videt̃ ꝓtereundũ mirabile quiddã qđ tũc accidit: vt oĩa cęlit⁹ gubernari
cognoſcamus. Cõmunicauerat mecũ põtifex archane mẽtẽ & cogitationẽ ſuã. In loco in
quit concilii totũ eſt: nec ego alicubi eſſe volo vbi imꝑator plus poſſit. Legatis igit̃ iſtis qui a
me mittunt̃ mãdata ampliſſima: poteſtatẽq; maximã dabo ad honeſtatis ſpeciẽ quæ palã
oſtentare poſſint atq; ꝓferre. Secreto autẽ mandatũ reſtringã ad loca certa: enumerauit mi
hi ſubinde loca: cũ in hoc ꝓpoſito multos dies fuiſſet: temp⁹ venit quo ꝓficiſci legatos oper

Põtifex ad legatos

tebat. Tum remotis cæteris ꝓ̄ter me vnũ legatos ſecreto allocut⁹ eſt: multiſq; verbis cohor
tatus ad mun⁹ legationis dilgẽtiſſime obeundũ: oſtẽdẽs quanti põderis illa res eſſet cui⁹ rei
gratia mitterent̃. Deinde cõuerſus ad beniuolẽtiã: quũ eorũ prudẽtiã fideq; laudaret: ac me
lius illos cognoſcere quid factu op⁹ eſſet: q̄ ſeipſũ diceret. Dũ iſta cõmemorat atq; inculcat
affect⁹ ipſe beniuolẽtia ꝓpoſitũ diu cogitatũ momẽto tẽporis imutauit. Decreuerã iq̄t loca
q̄dã noiare: a quib⁹ nullo modo diſcederetis: ſed in hoc tẽporis puncto ſentẽtiã muto: ac ve
ſtrę prudẽtię cũcta ꝑmitto. Vos q̄d mihi turũ & q̄d formidãdũ cogiteris: chartulãq; in qua
ea loca ſcripta erãt: in eorũ cõſpectu lacerauit abſq; vlla alicui⁹ loci noiatiõe. Legati igit̃ ad

Sigiſmundũ ꝓfecti: Conſtantiam pro loco concilii elegerunt vrbẽ & trãſalpinã & imperatori ſubiectã. Qđ ſimul atq; intellexit Ioannes: incredibile eſt quantũ indoluit: ſeipſum ac fortunã ſuam deteſtatus: ꝙ tam leuiter a cogitatione propoſitoq; illo priſtino reſtringendorũ locorũ deſciuiſſet: ſed voluntatẽ dei nemo vitare poteſt. Ioannes principio hyemis Florẽtia Bononiam abiit. Nec multo poſt cõgreſſum Sigiſmundi petẽs: in Galliã profect⁹: Placentię primũ cum illo congredit̃. Inde ad Laudẽſem vrbẽ ꝓfecti ambo: menſe fere toto in ea vrbe fuere: ex Laude tandẽ Cremonam petierunt. Conditio Galliæ mihi per id tẽpus non peſſima modo: verũetiã miſerabilis viſa eſt: adeo quaſſatas vrbes: ac regionẽ totã bello afflictã vaſtatamq; offendimus. Dux Mediolanenſiũ erat Philippus Galeatii primi ducis filius. Is iuuenis tunc velut ex longo principatus morbo vires reſumere incipiebat: necdũ tantũ poterat vt cęteras vrbes recuperare de manib⁹ occupantiũ valeret. Itaq; ſingulis fere ciuitatibus ſinguli dominabant̃ tyranni: vbiq; magna pars ciuium pulſa: aut necata: vbiq; villę ædificiaq; exuſta. Ioannes relicto apud Cremonam imperatore: Mantuã petit. In ea vrbe paulo longius commoratus: tandẽ exacta hyeme tota: Bononiam rediit. Ea æſtate quũ Bononię reſideret Ioannes: ſuſpenſis omniũ animis ad concilium ſe pręparantiũ: Ladiſlaus rex pręter ſpem expectationemq; oĩm morit̃. Cum eñ exercitu coacto magnis copiis Peruſiã vſq; veniſſet: Florentiniq; conterriti relicta põtificis ſocietate per ſe ipſi recepiſſent pacem: retrocedẽs rex nõ ſatis bona valitudine Neapolim rediit: ibiq; poſt paucos dies vita migrauit: eius mors Florentinos cęteraſq; liberas ciuitates magnis ſuſpicionib⁹ & manifeſtiſſimo certiſſimoq; periculo liberauit. Nullũ enim diffugium erat eo viuẽte: quin colla tandẽ ſubmittẽda fuiſſent: ꝑſertim cũ magna pars ciuiũ iam tunc ad illũ inclinaret: pontifex maxime illi⁹ morte releuat⁹ eſt: vt iam nihil eſſet qđ illũ cogeret ad Sigiſmũdũ reſpicere. Sed tñ quia conciliũ a pontifice ſimul imperatoreq; in eoꝝ cõgreſſu illo Gallicano ſolenniter fuerat publicatũ: & locus Cõſtantiæ indict⁹: tẽpuſq; pręfixũ quo adeſſe oporteret: noluit pontifex ꝓmiſſis deeſſe. Itaq; circiter kalendas octobris Bononia mouẽs: per Veronenſem Tridentinumq; agrũ trãſmiſſis Alpibus Cõſtãtiã acceſſit: eo & imperator venit: & incredibili principum platorũq; frequẽtia conciliũ celebrat̃: vt eſſent qñq; in eo loco equoꝝ ſupra triginta millia: ex quo multitudinẽ hoim licet coniectari. Diſcordię cõfeſtim inter Ioannẽ pont. Sigiſmũdũq; exortę: alterũ alteri ſuſpectũ plane inimicũq; reddidere. Quę quũ ꝓcederẽt longi⁹: ac indies magis pericula cernerent̃: Ioãnes clam abire conſtituit: adiut⁹ ad hoc & plane inuitat⁹ factione Magũtini archiepi: ac Federici ducis Auſtrię: q cũ imperatori aduerſaret̃: creſcere illi⁹ auctoritatem ex opꝑſſione pontificis cõdolebãt. Ioãnes itaq; cũ iam ampli⁹ quattuor menſib⁹ in concilio fuiſſet: tandẽ ꝓpter ſuſpiciones noctu incognit⁹ cũ paucis comitib⁹ fugiẽs Scaphuſã abiit. Cardinaliũ nemo fuerat cõſcius: ſequuti ſunt tñ plęriq; eoꝝ ſub ſpecie reducẽdi cõciliãdiq;. Qui cũ nihil ꝓficerẽt: vim cõcilii verẽtes: Cõſtãtiã rediere. Ioãnes autẽ Burgundiã petere feſtinãs: iuſſu Federici ducis p viã retent⁹ imperatori tradit̃. Timuit. n. magnitudinẽ rei Federic⁹: ꝑſertim: cũ per id factũ imperatorẽ ſimul & cõciliũ in ſuã ruinã ꝓuocaſſet. Itaq; ex protectore ꝓditor fact⁹: reducere illũ ac tradere cõſtituit: non tñ Cõſtantiã reduct⁹ eſt. Sed alia per oppida captiuus detẽt⁹: ſeu ſpõte: ſeu inuit⁹ põtificatu ſe abdicauit. Lentũ deĩde negociũ cõcilii fuit: cũ & corrigere in eccleſia ꝓmulta: ac tollere penit⁹ ſciſma niterent̃. Viuebãt eñ adhuc Gregori⁹ & Bñdict⁹: ambo nup in Piſano cõcilio dãnati. Gregori⁹ in Picẽrib⁹ cõſtiterat: & q̃q̃ oẽs populi ꝑter paucula Malateſtarũ oppida ab eo deſciuiſſent: ipſe tñ ſe põtificẽ nũcupabat. Is ergo Cõſtantiã miſit: ſeq; penit⁹ abdicauit. Bñdict⁹ autẽ in Hiſpania cõſiſtẽs: licet a cũctis deſtitut⁹: ſua tñ ſe ꝑtinacia nutriebat. Hic ergo rurſũ improbat⁹ ac dãnat⁹ eſt. Poſt multa cõcilii decreta & longi tp̃is morã ad creationẽ noui põtificis intẽdẽtes: cardinales & nationes ſingulę ex auctoritatę cõcilii Oddonẽ diaconũ ad pontificatũ dele-

Io. põt. & Sigiſmũdi cõgreſſus.

Philippus Galleatii

Ladiſlai interitus.

Cõciliũ cõſtantieſe

Aſſiſtẽtiũ i cõcilio multitudo.

Io. põt. & Sigiſmũdi diſcordia.

Io. cõciliũ dimittit.

Io. a Federico ꝓditur.

Io. põtificatu ſe abdicat.

Greg. ſe abdicat.

Bñdictus ꝑtinax dãnatur.

Oddo eligitur.

gerūt: is fuit natione roman⁹ ex familia Colūnēſiū. Vir antea nequaq̄ ſagax exiſtimat⁹: ſed
benign⁹ in pōtificatu: tn̄ ita opinionē de ſe pri⁹ habitā redarguit: vt ſagacitas qdē ī eo ſūma
benignitas vero nō ſupflua nec nimia repiret: peracto demū cōcilio in Italiā reuerſus: p fines
Mediolanenſiū/Mātuanoꝝ/Ferrarenſiū/Rauēnatiū Florentiā venit: Bononiā vitās q̄ ſe p
id tp̄s in libertatē vēdicarat. Florētię vero biēniū fere reſedit: p opportuno loco ad rē eccleſię
cōponendā: nā & cū Braccio q eccleſię oppida pmulta occuparat: opitulātib⁹ Florētinis cō
cordiā fecit: illiuſqꝫ poſt hęc fret⁹ opera: Bononiā redegit in ſuā poteſtatē: & cæteras vrbes
Io. depoſitus
vbiqꝫ recepit: ex quo eius plurimū creuit auctoritas. Per hęc ipſa tpa Ioannes q depoſit⁹ Cō-
ſtātieſi fuerat cōcilio: Florentiā venit. Magna ꝑfecto res ac mirabilis: de qua paulo ſuperius
repetā ꝑ ei⁹ cognitiōe. Ioannes poſt captiuitatē illā & abdicationē in Bauaria carcere ſerua
bat. Erat autem ſcrupul⁹ apud multos: qm̄ depoſitio abdicatioqꝫ illi⁹ violēta fuerat nū iure
ſubſiſteret. Qꝫ ſi illa dubia: Martini quoqꝫ electio in ābiguū veniebat: qm̄ nō vacāti eccleſiæ
ꝓuideri de nouo paſtore nō potuerit: ob hunc timorem Martinus & ſil' ne germanię prin-
cipes hoc hn̄tes idolū: per eā occaſionē aliqd q̄nqꝫ molirenť: redimendū Ioannē & in Italiam
reducendū ꝓuidit. Igiť per hunc modū exempt⁹ carcere: cū in Galliā ꝑueniſſet: cōſilio mar
tini cognito (id. n. erat vt Mantuę ꝑpetuo carcere teneref) anteq̄ Mātuā veniret: rurſus au-
fugiens: in Ligures abiit: ibi quū eſſet liber ac ſui iuris: ſiue cōſciētia ductus: ſiue ꝙ deſpera-
bat aliqd ꝑficere poſſe: ſponte ſua Florentiā venit: ac ſeſe pedib⁹ Martini ſubiiciens: cū vt
pontificē verū ac vnicū recognouit. In aduentu ei⁹ tota ciuitas obuiā ꝓfuſa: multis lachry-
mis incredibili cōmiſeratiōe reſpexit hoīem e tātę dignitatis faſtigio in tantas calamitates
ꝓlapſū: ipſe quoqꝫ miſerabili ꝓpe habitu incedebat: his oībus cōmiſeratio populi augebať.
Suſcept⁹ a Martino tandē in receſſu ciuitatis prim⁹ cardinalis efficiť: nec annū integrū ſu
perſtes e vita migrauit. Martin⁹ autē pace cū Braccio facta: cū & oppida recepiſſet: ac oīa
pacata viderenť: Romā petere cōſtituit. Nec ſatis beniuolo erga Florētinos aīo decedere cre
debať: carminib⁹ quibuſdā quę de ſe vulgo circūferebanť infenſus. Memini me nō multis di
ebus anteq̄ abiret Martin⁹ in cubiculo ei⁹ fuiſſe: quū vn⁹ aut alter cubicularioꝝ adeſſent: ꝑ
terea nemo. Ambulabat ille de bibliotheca ad feneſtrā quę hortos deſpicit: quū aliquot ſpa
Cātilena diffamatoria
tia tacitus confeciſſet: deflexit e veſtigio iter ad me. Quūqꝫ proxime ſe admouiſſet: porre-
cto in me vultu: brachioqꝫ molliter elato: Martin⁹ inquit: papa quadrantem non valet. Atqꝫ
ego ſtatim verba illa recognoſcēs: erat. n. cantilena quę de illo dicebať. Quid eſt inquā: num
ad aures quoqꝫ tuas hę pueroꝝ nugę ꝑuenerūt? Ille vero nihil ad hæc: ſed eodem veſtigio
cōſiſtens iterato ſubiunxit: Martin⁹ papa quadrantē non valet. Tunc ego manifeſti⁹ depræ
henſa illi⁹ infenſione animi: refricabat. n. verba de ſe vulgo cātata: ſtatui ſi qua poſſem pro ci
uitatis honore vulneri eius mederi. Itaqꝫ hęc dixi: quū alia inquā ciuitas beatiſſime pater ti
bi & Romanę ſedi tātas cōmoditates vtilitateſqꝫ attulerit: quantas dū in ea reſediſti Florē-
tia cōtulit: nihil glorioſi⁹ q̄ pōtificat⁹ iſte tu⁹ reperiri poterit. Veniſti Florētiā cū nihil tpa-
lis dominii poſſideres: occupatis vbiqꝫ p aduerſarios oppidis. Bononia quoqꝫ parere abnuē-
te: vt tibi neceſſariū fuerit: cū ex Ferraria Florētiā venire velles: p Rauēnatē & Forliuiēſem
agrū lōgo ābitu iter deflectere te Florētię cōmorāte: & cętera oppida ī ꝑtātē tuā redierūt. Et
Bononia ipſa quā pri⁹ extulerat ceruicē ſubmiſit: Cōtulit vero ad hęc plurimū opportuni-
tas hui⁹ vrbis: ꝓpterea ꝙ Bracci⁹ amicitiā fidemqꝫ Florētini po. ſecut⁹ ad te venire nō dubi
tauit: & intercedēte ciuitate diſcordias omnes componere: atqꝫ oppida reddere. Illiuſqꝫ tu
poſtmodum fretus opera Bononiā tibi parere vi adhibita compuliſti: vt longe lateqꝫ nunc
tua potentia dominetur. Te inſuper Florentię commorante: quum proſpera vbiqꝫ de te ac
de loco tuæ reſidentię circunferrentur: Cardinales ab Hiſpania deſerto Benedicto hunc
ipſum locum aduenientes: te vt verum ac vnicum pontificem recognouerunt. Quo facto

tres obedientiæ dudum ſepatatę in te vno conglutinatę ſunt. Ad hęc duo incrementa hoc in loco ſuſcepta: tertiũ illud præſtantiſſimũ excellẽtiſſimumq; omniũ felicitate mirabili cumulat: ꝙ qui dudũ fuerat Ioannes pontifex: de cuiꝰ depoſitione propter vim adhibitã multi dubitabant: & ſcrupulus quidã relinquebaẽ in mentibus: ſecuritate atq; fiducia huius loci Florentiã venit: tibiq; ſe ſponte ſua ſubiecit: ac dominũ & pontificẽ veriſſimũ recognouit quo facto o͂mis penitus eſt ſcrupulus ambiguitaſq; ſublata. Neq; eñ de vi illa adhibita ſollicitus eſſe quiſq̃ poteſt: quũ ipſius voluntaria in loco ipſi tutiſſimo ſit conſpecta ſubiectio: & acceſſit ꝙ paulo poſt defunctꝰ eſt: vt & admiratio & querela: & (vt ita dixerim) fortunæ ludibrium tolleret: illud certe conſtat nullo alio loco illũ ad te venturũ fuiſſe: niſi in hac vrbe in qua permagnas amicitias priuatim & publice ſe habere ſentiebat. Hęc ſunt pro quibꝰ gratiam tuã Florentia promeret: cuius vel opportunitate vel obſequio: vel auſpicio tanta pontificatu tuo ſuperacceſſerunt incrementa. Nam puerilibus quidẽ nęniis aures admouere: & quid ętas illa loquat attendere vix tuę videt grauitatis. Martinus autẽ hæc audiens: lętari admodũ viſus eſt: meq; palam multis verbis laudauit: ac veriſſima dicere conſenſit. Quãti vero feciſſet verba mea paulo poſt oſtendit. Nã quũ abire ſtatuiſſet: vocato ad ſe Florentinorum magiſtratu: Valde obligor inquit huic ciuitati: cognoſco.n.q̃ multa proſpera in illa & per illam mihi contigerũt: deinde illa ipſa enumerans: eodem ordine quo a me dicta fuerãt cuncta recenſuit: vt Florentia tandem abiens Martinus Romam ſe contulit: ibiq; aliquot annos beate regnauit: pręcipue tamẽ poſt Braccii mortẽ eius creuit potentia. Braccius ipſe magnꝰ profecto vir fuit. Nam & dux rei militaris peritiſſimꝰ habebat: & magnitudine animi conſilioq; pollebat: & aderat ei adumbrata quędã ciuili moderatione honeſtas: hic ex oppido Montone Peruſini agri nobilibꝰ admodum parentibꝰ ortus: ſtatim ab adoleſcentia rei militari ſe tradidit: multiſq; vulneribus atq; laboribus peritiam tandẽ auctoritatẽq; boni ducis eſt aſſecutus. Exulabat per id tempus Peruſina nobilitas fere o͂mis: in qua Braccius licet admodũ iuuenis: conſilio tamen & auctoritate princeps habebat. Deniq; varia militia per Italiam acta: multiſq; rebus geſtis in id potentiæ auctoritatiſq; accreuerat: vt Peruſinos diuerſę factionis qui domi erant: vi & armis compulerit nobilitatem recipere: ipſe vero dominus Peruſinę vrbis a populo ſimul ſit nobilitateq; delectus. Hinc ille magnificẽtius vires extendere cœpit: ac multas ſubinde vrbes ſibi ſubditas facere: vt quũ venit Florentiam pontifex: hic plurima poſſideret: inita deinde cum Martino concordia: quũ oppidorũ partẽ dimiſiſſet: partem cedente Martino retineret. non diu tamen in ea perſeuerauit. Erat per idẽ tempus Sfortia magnus & ipſe profecto vir: & in quo rei militaris peritiam: alii maiorẽ eſſe q̃ in Braccio: alii parem exiſtimabant. Hic quoq; multas & magnas res geſſerat: & per o͂mes militię gradus ad famę atq; glorię culmen aſcenderat. Inter hunc & Braccium amicitia tamdiu durauit q̃diu minores vtriq; fuerunt. Auctos fere atq; potentes æmulatio atq; contentio irritauit. Itaq; & prelia inter ſe nonnunq̃ cõmiſere: & quũ inflammati plurimũ eſſent animi: ad certamen Sfortia in tranſitu fluminis piſcariæ ſubmerſus periit. Et Braccius paulo poſt quũ Aquilam vrbẽ obſideret: Martino copias ſuas: amicorumq; ad liberãdam obſidione vrbem ſũmittente: præter ſpem omniũ profligatur atq; occiditur. Florentini per id tempus bellum reſumpſerant aduerſum Philippũ ducẽ Mediolanenſium. Creuerat eñ ille ac vires paternas mirabili quadã felicitate reſumpſerat: & addiderat ad paternam dominationem Genuam vrbem. Quũ ergo iam terra mariq; formidabilis eſſet: ac magnos duces magnum ꝙ equitatum haberet: & circa Forũliuii Imolamq; ſe inſerere videret: ſuſceptũ aduerſus eũ eſt bellum: miſſæq; a Florentinis copiæ apud Sanogaram profligantur. Philippi autem duces poſt victoriam multa loca Florentinæ ditionis per Apenninum montem occuparant. Aduerſus hunc tumultũ indies creſcentẽ: Oddo Braccii filiꝰ puer adhuc ſub gubernatiõe

Braccii geſta

Sfortia.

Braccii & Sfortię diſcordia.

Sfortia ſubmergitur.

Bracciꝰ occiditur.

Florentinũ bellum

Oddo

atq; cura Nicolai Picinini: cum magna paternorum equitum manu conducit: Qui Aretiũ primo: mox in agrũ Mugellanum traducti hoſtiles impetus repreſſere: curſumq; eorũ victoriç retardarũt. Sed poſt multa atq; egregia belli opera: quũ tandẽ in ſaltus difficiles ſe receпiſſent: circum monã fluuium profligant: captuſq; Nicolaus Picininus Fauentiã ducit. Nã Oddo in ipſa profligatione vulneratus obierat. Hinc vacillare ciuitatis res iterato cœpere: & in magno eſſe motu. Sed accidit percõmode Picinini captiuitas: quoniã Fauẽtinũ domi num (in cuius manib⁹ ipſe erat) ad nos traxit conditionibus melioribus vtilioribuſq; oblatis. Itaq; ſequuta mox æſtate: belli omĩs impetus ad Fauentiam conſtitit: Copię populi Florentini intra vrbem Fauentiã: aduerſariorũ autẽ copię lõge maiores ad Imolã: Foruq; Liuii: circumq; ea loca degebant: prçliaq; percrebra quottidie gerebant: ad ipſas prope Fauentiæ portas. Deniq; Fauentia eo anno murus noſtræ fuit ciuitatis. Nec enim dubium erat quin omĩs impetus belli: Florentina in mœnia recaſurus fuiſſet: niſi Fauentia obſtitiſſet: poſt longum certamen in agrum tãdem Aretinum impetus belli redactus eſt: ex huiuſmodi cauſa magiſtratus qui pro florentino populo Anglare oppidũ gubernabat: ſperans ſibi lucrum fore ſi ab ea parte turbationes concitarent: burgenſes quietos homines: nec hoſtile quicq̃ molientes: hoſtiliter ipſe inuaſit: vaſtatiſq; infeſte agris ac prędę expoſitis: ſummis iniuriis eos affecit. Illi tam inſigniter læſi: nulla fuit mora quin copias hoſtiũ ad ſe conuocarent. Hę copię quũ eo veniſſent: cuncta circum anglare ferro igneq; popularũt: & copias Florentini populi ſub ipſo oppido ſtantes perfregerunt: per hũc modum belli certamen & impetus ex Fauentino agro in Aretinum redigit. Nicolaus Picininus per hunc tumultũ in Aretinos tractus: nõ ſatis bono aĩo eſſe videbat: & prædicabat obſequia ſua nequaq̃ grate a Florẽtinis eẽ ſuſcepta. Temp⁹ vero ſuorum ſtipẽdiorum ad finem deueniſſe: ſe iam alia ſibi cogitare. Hęc ab eo palam iactata interpretabãtur homĩes: quaſi vellet ille cõſueto hoc militantium more ſtipendia augere: & vulgo iactabãt ab eius amicis: qui non pauci Florẽtiæ nec impotẽtes erãt: hãc viam oſtenſam illi quo maiora cõſequeretur. Ob hãc igitur opinionem nulla diligentia eſt adhibita quo retineretur: ſed quũ finis ſtipendiorum aduenıſſet: ſecedẽs in Cortonẽſem & Peruſinum agrum: paucis poſt diebus ſe ad ſtipendia Mediolanenſis conductum oſtendit: ſubinde coniunct⁹ hoſtib⁹ vna cũ illis in agrum Aretinum ingreſſus: Claſſem & Caſtrũ nouum & pontenannũ: & quicquid caſtellorum eſt inter Bienam & Aretium cepit. Hic tumultus plurimũ turbauit noſtrorum mentes: nec ſolũ trepidare: verũ etiam diffidere deſperareq; coegit. Erat enim multitudo hoſtiũ ingens: noſtri autem perq̃ pauci. inſuper imparati & fracti videbantur. Quum ergo non immerito trepidaret: ad Venetos reſpicere Florentini cœpere: exiſtimantes illis quoq; formidãdum eſſe Mediolanẽſis opes vſq; adeo augeri. Nec falſa quidem erat exiſtimatio. formidabant enim ac moleſte ferebant: grauemq; illius propinquitatem futuram putabant ciuitati ſuç. Quibus rationibus ad ſocietatem trahebantur. Philippus vero vbi hæc tractari ſenſit: ne coirẽt ſimul ciuitates: pacem obtulit Florentinis: prçlata eſt tamen venetorum ſocietas paci: cui non ſatis credendum homines arbitrabantur: poſt eam ſocietatem cõtractam: repente Brixiam vrbem Veneti inuaſere: quare conterritus Mediolanẽſis: confeſtim reuocauit ex Etruria copias: Florẽtini quoq; bifariã partitis copiis: earum partem vnam in Galliã miſere: quo Venetis iungerẽtur. Aliam partem ad recuperanda caſtella Aretini agri prius amiſſa retinuere: & caſtella quidẽ illa non ſine difficultate recuperata ſunt. & in Gallia proſpere bellum eſt geſtum: Brixiaq; tota cũ arcibus in poteſtatem Venetorum deuenit: pax deinde cum Mediolanenſi facta: in qua inſuper Bergomum & oppida quędã Venetis dimiſit. Poſt non integro biennio decurſo: aliud rurſus bellũ renaſcit: longe piculoſius q̃ primum. Fluxit vero ex eiuſmodi cauſa. Nicolaus Braccii ſororis filius cum aliqua equitum manu inter copias Florentini populi per Gal-

N. Picininus capit.

Oddo cędi tur.

Fauẽtię incũbit bellũ

Oppida a Picinino capta.

Brixia a venetis capt

lliam militauerat: hic finito bello in Etruriam reuerſus: quum ad cæterorum exemplar ſti-pendia vtpote recepta pace ipſi minuerentur: non tulit ille quidē: neq; aſſenſus eſt. Sed p id ipſū tempus maiores ſibi copias parare contendit: & vulgabatur illum in Vmbria: quoniam inde ipſi origo foret aliquid eſſe moliturum. Quum ergo ad aliquem modum auct⁹ iam eſſet: repēte in agrum Lucenſem pfectus: regionē totam ſubita clade inuoluit: Lucenſibus per id temp⁹ dominabaṫ Paul⁹ Guiniſius: eratq; cum illo pax Florentinis: odia tñ ſuberant: ꝙ pximo bello cum hoſte ſenſiſſe ferebaṫ. Filium certe cū equitatu ad eum miſerat: ea tamē exceptione: ne aduerſus Florentinos Venetoſq; bello gerendo adeſſet. Itaq; & ſi ignara ciuitate impetus erat factus: tamē quia cauſę ſuberant: ac ex noſtris oppidis mouerāt: ſuſpicionē prębuit: quaſi occulta ciuitatis opera fact⁹ impetus fuiſſet. Qua opinione multi noſtrorꝫ his locis finitimi ad prædam direptioneq; concurrerāt: vt iam non integra res ciuitati: ſed cœpta quodā modo videreṫ: punire enim tranſgreſſores præ multitudine non licebat: & ſimul vrbana multitudo mirabili ardore id bellum depoſcebat. Denique reiectis maioribus grauioribuſq; qui diuerſa ſuadebant concurſu multitudinis bellum ſuſcepere. Quo facto: ſtatim permulta Lucenſis agri caſtella ſeſe Florentinis dedere. Luca deinde obſeſſa: & aggere circūdata: adeo vana ſpe: vt ſibi ſuaderent ſtulti quidā aqua per aggerem inundari poſſe: id quū ſperare vanū eſſet: & in longum obſidio traheret: veniens demum Franciſc⁹ Sfortię filius Lucā obſidione liberauit: noſtris bono conſilio ad Librafactæ mœnia ſponte ſua ſe recipientib⁹. Hoſtes autē paulo poſt circa Nebulā fluuium pfecti Piſciam oppugnarūt. & Buggiam vicū ceperunt. Nec multo poſt ipſe Paulus Guiniſius qui Lucæ dominabaṫ: dolo ſuorum captus: Mediolanum tranſmittiṫ. Franciſcus autē Sfortia pecunia de Florentinis accepta: Lucā deſtituit. Rurſus ergo maiori vi obſeſſa a Florentinis: quū iā ad extremū deueniſſet: aduentu Nicolai Picinini: obſeſſores pfliganṫ: miſſio Nicolai Picinini: & prius Franciſci Sfortiæ a Philippo Mediolanenſi pceſſerat: ob eāq; rem reſumptū fuerat aduerſus eū bellū: flagitantib⁹ Florentinis vt Veneti per Galliā Philippū adorirenṫ. Inter hæc Senenſes aperte deſcecerūt a Florentinis iampridē infenſi Lucæ obſidione: per quam nimia creſcendi ac vicinis dominandi cupiditas depręhendebaṫ: ac ſuſpecta iampridē illis erat ciuitatis potentia. Picininus ergo Piſanū Florentinumq; inuadens agrum: non prius deſtitit ꝗ̄ a Luca Senas vſq; ſibi viam aperuit: ipſe quoq; eo profectus Staggiā obſedit: inde in Aretinos ſpe proditionis tract⁹: quū detecta proditio eſſet: caſtella in his locis ſubita improuiſaq; vi complura cepit. Hoc bellū maxime attriuit Florentini populi opes: ac in ſummū diſcrimen adduxit quū & Piſę vix & anxie retentæ ſint in poteſtate: & oīa caſtella Piſani Volaterraniq; agri fuerint amiſſa: & in Aretinis fluctuarent oīa: & in Florentino etiam agro caſtella quædam Senenſes occupaſſent: & intra vrbem crebris intolerabilibuſq; tributis ciues exinaniti: & ærarium penitus etiam exhauſerūt. Querelarū itaq; plena erant oīa: vt fieri ſolet in populo male ſuccedentibus rebus. Nec quicꝗ̄ erat odibilius ꝗ̄ hi ciues: quorum opera bellum Lucenſe fuerat ſuſceptum. Per Galliā quoq; varia eius belli fortuna: modo Venetos: modo Mediolanēſem afflixit. Hoc feruēte bello Sigiſmund⁹ impator in Italiā venit: nec magnas copias ſecum adduxit: vtpote qui in Philippi Mediolanenſis potentia opibuſq; fundamenta ſui tranſitus collocaſſet: in Gallia longiori mora per hyemem tracta: quū Mediolani primum: deinde Parmę deſcendiſſet: tandem ſecuta mox ęſtate: in Etruriam tranſiit. Ob eius aduentum ciuitates erectis animis: vel timore vel ſpe ſuſpenſæ perſtabant: magnum profecto aliquid moliturę. Sed imminuit eis auctoritatem: ꝙ his ipſis diebus pręmiſſi equites Philippi Mediolanenſis: magna ſtrage ab equitibus Florentini populi ſub Toporio oppido pfligati ſūt. Qua noſtri victoria elati: vbi veniſſe in vrbē Lucā imperatorē cognouerūt: eo vadētes ad ipſas ppe portas poſuerunt caſtra: cūctaq; circū vrbē populati ſunt: int⁹ manēte im-

Luca obſidetur

Liberatur.

Picininus.

Florētinorū pſſuræ

Sigiſmūd⁹ impator.

peratore:ac prohibere vaſtationem nequeunt. Hæc res et his qui erigebātur:ob eius aduen
tum fiduciam eripuit: & his qui formidabant metum ademit:poſt hęc in agrum Senenſem
traductis copiis quo illic quoq; vaſtarent ſegetes:duces parum admodū circa ea loca cōmo
rati:in fines Aretinoꝝ ſeſe receperunt:cauſantes cōmeatū Senenſi in agro ſibi deeſſe. Itaq;
per eorū abſentiam imperator adeundi Senas facultatē nactus:eo feſtinauit. Senis aliquot
menſes commoratus:tandem Romā profect⁹ eſt de pontificis voluntate. Pontifex erat Eu-
Eugenius quartus. genius quartus natione Venetus:qui Martino defuncto in pōtificatu ſucceſſerat:ab hoc im
perator ſolenniter coronat⁹ eſt. Per hęc ipſa tēpora pax recepta eſt cum Mediolanenſi:ac bel
Pax cū Mediolanē lo finis impoſitus:per eam pacē oīa caſtella reddita ſunt Florentinis:quę in Piſano Vola-
terranoq; & Aretino agro hoſtis cepiſſet:hoſtibus quoq; oīa caſtella Lucēſis agri quę pri⁹
ceperant Florentini redderent. Imperator demum Roma abiens: per Tudertinū & Peruſi-
num agrū ꝑfectus:Ariminū periit. Inde per Rauennatē ac Ferrarienſem ac Mantuanū:trās
Alpes abiuit:& quidē tanta varietate:vel animi:vel fortunę:vt inimiciſſim⁹ Philippo Me-
diolanenſi abierit. cui⁹ fauore atq; opib⁹ Italiam intrauiſſet. Venetorū autē quib⁹ maxime
inimicus venerat:amiciſſimus recederet. Cū Florētinis quoq;:licet apud Lucā grauiter ab
his offenſus:non inimico eſſe aīo viſus eſt:tentauitq; in receſſu illo ſuo Florentiā venire. ſed
nō recipiēte populo:aliud iter ſequut⁹:in Germaniā rediit:nec diu ſupuixit. Nā trienio fer
Impator & ei⁹ mors me poſt reditū eius in Hungaria defunct⁹ eſt. Hunc principē nos Placētiæ primū vidim⁹ in
congreſſu illo Ioannis Romani pontificis:& aliquē cum eo vſum cōuerſationēq; habuim⁹:
dum Laudæ Cremonęq; cōſtitimus:poſtea verō Cōſtantię magis naturā illius moreſq; con
ſpeximus. Fuit autē ꝓculdubio vir inclytus:ꝓclara facie:corpore tum ſpecioſo:tū robuſto:
magnitudine animi:ſiue pace:ſiue bello eximia:liberalitate vero tanta:vt hoc vnū illi vitio
daret:ꝙ largiendo & erogando ſibiipſi facultates detraheret ad negocia bellaq; obeunda.
Huic ſucceſſit in impio ac regno Hungariæ Albert⁹ dux Auſtrię:qui nec ipſe diu vixit. Sed
Fr. Sfortia. hęc poſtea facta ſunt. Nos autē ad noſtra tēpora reuertamur:poſt eā pacē de qua ſupra dixi
mus:Franciſc⁹ Sfortiæ fili⁹:qui cū equitatu apud Mediolanēſem militauerat:per ſpeciem
alleuiandę militię dimiſſus in Picētes deuenit. ibi cū dedentia ſeſe oppida ꝑmulta ſuſcepiſ-
ſet:elat⁹ ſucceſſu iter in Apuliā ab initio deſtinatū omittere ſtatuit:ac circū ea loca vires ex
tendere:hui⁹ ꝓpinquitas Eugeniū intra vrbē Romā trepidare coegit:& accedebat terrori
ꝙ Nicolaus Braccii ſororis fili⁹ qui modo ſub eo pōtifice militauerat:alienat⁹ atq; infenſus
pōtifici:quaſi opprimere eū dolo tentaſſet:magno tumultu Tybur occupauerat:indeq; bel
lū Romę grauiſſimū īferebat. Intra vrbē vero nihil ſani:nec pacati videbat. Nec ſatis Euge
nii ꝓſpera fama:ꝑſertim quia pōtificatū trāqlliſſimū a Martino ſuſceptū:ipſe cōfeſtim ma-
gnis turbationib⁹ inuoluiſſet. Conciliū ꝑ idē tēpus Baſileę cogebat:& abierāt eo cardinales
Cōcilium baſileæ quidā. Eugenius autē Romę cōſiſtens maximis vexationibus premebat:quib⁹ tandē ex vr
be Roma clam fugere coactus:mari Piſas delatus:indeq; Florentiam veniens:aliquādiu in
ea reſedit. Hoc quoq; in loco multa ab eodem pontifice tentata:haud ſatis quieti & paci cō
gruentia:& illud in primis. Qꝫ Bononienſes vi & armis cogere:& in ſua imperia perrexit:ex
quo turbationes ortę graues:ac pene in bella reditum. Bononienſes enim ab illo vexati:Me
diolanenſis auxilia confeſtim vocauere:copiiſq; hincinde coactis:noſter Venetorūq; equi-
tatus pōtifici conceſſus:non longe ab Imola vrbe a Picinino profligatur. Duxq; copiaꝝ Flo
rentini populi Nicolaus Tolentinas:Mediolanū tranſmittit. Florentię quoq; ꝑ hoc ipſū tꝑs
vehemēs in rep. mutatio fuit. Reductoq; Coſma Medice:& Agnatis ꝗ ſupiore āno fuerant
expulſi:diuerſa factio ſatis magno numero ī exiliū agit. Cōcordia deīde īter Eugeniū & Phi
lippū Mediolanēſem ſequuta:Imolaq; & alia ꝗdā Flaminię oppida pōtifici reſtituta:ſtabi
lita quoq; pax iterū cū Florētinis & Venetis:inita cōfœderatiō ī qua veneti & mediolanē-

ſis & florentini compręhenſi ſunt eo pacto: vt ſi quis eorum alterum offenderet: cæteri omnes adiuuare eam partem quæ offenſa foret tenerentur. Hęc & ſolẽniter facta & plena maxime ſpei durationem minimam habuere: Nã & cum haud multo poſt Genua quæ ſub imperio mediolanenſis erat: ab eo defeciſſet: Florentini & veneti vſque adeo grate id ſuſceperũt vt non abſtinerent ab auxiliis pręſtandis quo genuenſes in libertatẽ ſe magis aſſererẽt & ſane potentia mediolanenſis eximia & animus extendendi imperii cupidus inſidam ac ſuſpitioſam confœderationem reddiderant Cauſa vero rerum nouarum genuenſibus fuit. Q cum aragonum regem non procul Caieta nauali ꝑlio ſuperatum cum duobus fratribus ac magna procerum multitudine cepiſſent: Dux mediolanenſis eum regem: fratreſꝗ mediolanũ traductos & humaniſſime ſuſcepit & liberaliſſime dimiſit mirabili certe magnifcentia fretus in duobus ſimul regibus ac proceribus liberandis ſed ea liberalitas amittendi genuã cauſa fuit. Genuenſes enim vſꝗ adeo indigne tulerunt regem ſibi inimicum abſꝗ vllo ſui reſpectu eſſe dimiſſum. vt mediolanenſis iugo repulſo: in libertatem ſe vendicarent. Florẽtini vero & annona primum & mox auxiliis militum eos iuuarunt per hoc ipſum fere tempus baſilica florentina ab eugenio papa ſolenniter dedicata fuit. Cuius rei cauſa pons ligneus incredibili celeritate ac mirabili opere ędificatus eſt ab eccleſia prędicatorum vbi pontifex habitabat ad ipſam baſilicam quę erat dedicanda. Is vero pons non ſolum ad magnificẽtiam pertinuit: verumetiam ad neceſſitatem. Tantus enim in ipſa dedicationis die concurſus hominum fuit ex agro ac finitimis oppidis & ex ipſa multitudine vrbana vt complerentur omnes aditus: omneſꝗ viæ. Nec pontifex cum ſuis cardinalibus: & prȩlatis tranſire vnꝗ̃ præ nimia turba potuiſſet niſi pons ad hoc ipſum ſuper iniectus viam eis prębuiſſet: incepit autem is pons a porta ipſa eccleſiæ prędicatorum inde nouam plateam ſecans vſꝗ ad caput viæ quæ ducit ad eccleſiam ſanctæ mariæ maioris: perꝗ ipſam viam vbiꝗ continuato ponte vſꝗ ad templum baptiſtæ proximamꝗ ſubinde baſilicam peruenit. Erat vero latitudo pontis circiter brachiorum quatuor pedeſꝗ lignei tranſuerſa ſuſtentabant tigna. ſuper his vero tabulata erãt a lateribus vero columnæ paribus inter ſe diſtãtes ſpaciis inſurgebant in altitudinem brachiorum ſeptem: Hę ad pauimẽti tigna infixę aliis rurſus exilioribus tignis in extrema altitudine vinciebantur. Super his vela erant quibus pons tegebatur aduerſus eum papilionibus vtrinꝗ pendentibus: pauimentum rurſus ab vtroꝗ latere vſꝗ ad Zonam hominis auleis erat munitus: per hunc pontem incedens pontifex: magna et ipſe pompa: magnoꝗ ornatu: cum omnium cardinalium prælatorumꝗ multitudine ad baſilicam peruenit ſpectante populo de inferiori loco et tãtum pontis ornatum ac tam venerabilem pompam cum lętitia intuente: haud multo poſt dedicationem hanc Eugenius bononiam ſe tranſtulit. recepta iampridem ea ciuitate poſt mediolanenſis confederationem: Luca deinde rurſus obſeſſa eſt a Florentinis. ex huiuſmodi cauſa: Venerant in agrum lucenſem permagnæ equitum copiiæ Philippi mediolanẽſis: ducebat autem eas copias piccininus: petebatꝗ a florentinis vt pacate ſibi tranſire in ſenenſium fines liceret: Florentini autem ſuſpicantes fraudem aliquam ſubeſſe tranſitum negauerunt: ac ne forte vi tranſire adoriretur: Franciſcum Sfortiam celeriter vocatum (Erat. n. venetorum florentinorumꝗ militię dux) venientibus oppoſuerunt. Initium hyemis erat cum hæc facta ſunt ſtatimꝗ per vniuerſã hyemẽ ãbigua pace. cũ a nr̃is fines agri florentini piſaniꝗ defenderẽtur ab hoſtibꝰ vero circũ ea loca deſidẽtibꝰ ſuſpitiões magiſꝗ̃ aptũ inferret bellũ: Serezanã tñ & alia quędã lucẽſis agri Caſtella ꝑ eã hyemẽ cepernt hoſtes. & duo parua loca ĩ agro piſano ad extremũ occuparũt. Trãſacta demũ hyeme nr̃os maiori apparatu piſis egreſſos nõ expectarũt.

Genua res nouas molitur.

Pons nouꝰ fit.

Lucę obſeſſio.

hoſtes erant enim afflicti longa hyemis militia: Sed trans Apenninum abeũtes in galliã ſe receperunt. Noſtri vero receptis omnibus Caſtellis primo amiſſis quandoquidem materia deerat belli Lucenſes inuadere conſtituerunt eis ſuccenſentes ꝙ hoſtibus auxilia pręſtitiſſent: ꝙꝙ eos. in commeatu cęteriſqꝫ rebus quę ſunt ad vſum belli ſuſtentauiſſent. Itaqꝫ cõtra lucenſes verſis ſignis cũcta ferme eorum Caſtella ceperunt et Lucã ipſam obſederũt: vt parua admodũ vel nulla ſpes euaſionis ſupereſſe videretur. Nã hoſtiũ copię per hyemẽ ſuperiorẽ diuitius in agro lucenſi cõmoratę: omne quaſi frumentum eius vrbis conſumpſerant: noua autem frumẽta priuſq̃ matureſcerent noſtri vaſtarant. Quare in extremo conſtituta ciuitas: frumenti defectu peritura videbatur. Nutriebat tamen eorũ ſpẽ Nicolaus picininus: qui ſe venturum ad obſidionem ſoluendam minitabatur: et apparatꝰ quoſdã ad oſtentationẽ faciebat Cęterũ ſocii noſtri magis q̃ hoſtes nr̃i Lucę profuerũt: Veneti quidem antiqui ſocii: & genuẽſes nuper in ſocietatem recepti ad alia vocantes. bis autem obſidionem interruperũt: Cum alias põtremulum: alias contra parmam: dux et copię traducerentur: id florentini perindigne ferebant atqꝫ ita alienationes quędam animorum exortę ſunt florentinos inter & venetos: iactabantqꝫ permulti venetis non placere vt luca in florentini populi deueniret poteſtatem. Ea ſuſpitio paulatim ſucceſcens diuidendæ ſocietatis cauſa fuit: pręſertim poſtq̃ duci copiarum tranſire padum recuſanti: denegata penitus ſtipendia fuerunt a Venetis. Tunc enim quaſi deficiente ſocietatis fide Franciſcus Sforria de reconciliatiõe cum mediolanenſibꝰ agitare cœpit. Florentini autem quo ſe verterent. neſciebant. Venerat enim picininus cum magnis copiis per flãminiam vſqꝫ ad forum pompilii quaſi inde in etruriam tranſiturus. Veneti autem ſpectatores ſedẽtes ocioſi. Oratores noſtros Venetias miſſos non audiebant ita cogente neceſſitate florentini reconciliationem ſequuti ſunt et cum Lucenſibus pax ea conditione recepta vt obſidio Lucę ſolueretur: Caſtella vero quę ceperat Florentinus retineret. His peractis picininus ſtatim retro conuerſus forum liuii & Imolam & bononiam occupauit inde in Venetos tranſiens: omnes belli clades quas florentinis inferre parauerant contra illos exercuit. multiſqꝫ oppidis venetorum captis: tandem brixiam obſedit: atqꝫ ita oppugnauit. vt mœnia vrbis crebro tormentorum pulſu quibuſdam locis euerterentur. Hec omnia mirabili celeritate picininus effecerat. Proxima deinde hyeme Eugenius papa florentiã rediit: adducens ſecum imperatorem gręcorum. Quibus de rebus altius reſumpto principio eſt a nobis dicendum. Eugenius. n. cum florentia bononiam ſe contuliſſet: de vnione gręcorum agitare cœpit mota prius huiuſce rei mentio fuerat in concilio baſilienſi deinde ab Eugenio recepta procuratio eſt quo baſilienſis concilii auctoritatem minueret: itaqꝫ Greci prius auctoritate concilii permoti cum ad eum peruenire locum in quo papa et concilium foret ſpopondiſſent indicto a põtifice apud Ferrariam altero cõcilio: cum illuc quoqꝫ põtifex acceſſiſſet gręcos eo pertraxit: Venerant. n. iam venetias gręci: qui & ſi ab initio ambigui ſtarent propter baſilienſium pontificiſqꝫ diſcordias pręter eorum ſpẽ apud noſtros repertas: tamen viam pontificis ad extremum ſecuti: ferrariam ſeſe ad põtificem contulere. Aliquot menſibus negociũ vnionis ferrarię agitatũ cũ eſſet ſuperueniente morborũ peſte gręci vna cũ põtifice florentiã tranſtulere: receptiqꝫ benigne poſt aliquot menſes q̃ florentiam venerant: vnitatẽ demum et concordiam iniere ſublatis quibuſdam circa fidem. fuit autem numerus gręcorum qui florentiam venerant ſupra quingentos: in his vero imperator et frater eius germanus et patriarcha Conſtantinopolitanus cum multis Archiepiſcopis et pręlatis. multiqꝫ cum imperatore proceres ſęculareſqꝫ inſignes viri ac litterarũ non ſanctarum modo verum etiam gentiliũ bene periti. Florẽtię dũ cœnãt gręci redintegratio fœderis nouiter facta eſt iter florentinos: & venetos. Picininꝰ. n. poſt brixiam oppugnatã trãſgreſſus Atheſim fluui

Lucẽſe bellum

Sfortia picininus.

Pacis conditiones.

Brixię obſeſſio.

Eugenius papa.

Concilium baſilieñ.

Gręci cõcordię cã venerunt.

Gręcorũ numerus.

Imperator gręcorum.

um circa veronam: & vincentiam terribilis imminebat capto legato ac cęteris ferme omni
bus illarum partium oppidis nullum remedium fore videbatur quin patauium vſq; cũcta
peruaderet. Hęc pericula venetos permouerunt ad florẽtinorum ſocietatem quam paulo
ante ſpreuerant repetendam: Florentini quoq; nõ inuiti ad ſocietatem redierũt exiſtiman Legatus ca
tes ſi deletę forent venetorum opes nequaq̃ ab ſe victorem temperaturũ. Ita cõiunctio rur- pitur.
ſus fit inter venetos & florentinos franciſcuſq; Sfortia dux cum magnis copiis opera florẽ
tinorum in venetos tranſgreſſus curſum victoriarum hoſtilium omnino repreſſit: Eorum
q; copias oẽs trãs Atheſim repulit. Sequuta deĩde per multa ac pręclara & circa benacũ la-
cũ & circa veronę recuperationẽ quę particulariter referre contra propoſitum eſſet noſtrũ
qui ſummã tantum rerum notemus non hiſtoriam deſcribamus. Per hoc ipſum tempus a
Baſilea nũciabat̃ concilium quod ibi diutius fuerat priuato Eugenio alterũ pontificẽ crea
uiſſe Amadeũ Sabaudię ducẽ: id admirabile cũctis videbatur tanti faſtigii principem du-
bio papatu ſe onerare voluiſſe: cum etiam certus papatus magna ſeruitus ſit exiſtimanda.
Nos quę ſequent̃ videbimus. Cum per etruriam quies eſſet a bello omniſq; hominum cura
in galliam eſſet conuerſa. Nicolaus picininus in medio feruore gallici belli relicta gallia ma Amadeus
gnas ſuorum copias in etruriam rapuit: Cumq; tranſmiſſo Apẽnino iugo in agrum mugel- papa.
lanum deſcendiſſet magnũ terrorem intulit noſtris Agmina ſuorum latrocinantium ritu
vſq; prope ad conſpectum vrbis diſcurrebant: fęda trepidatione & fuga circum vrbem om
nia complebantur intra vrbem vero magnę ſuſpitiones erãt: tũ ꝙ ĩfima plebs caritate ãno
ne premebatur tum etiam ꝙ pręſenti rei. p. ſtatu non omnes pariter ciues gaudebant. Erat
vero tota vrbs plena colonorum ac Agricolarum cum coniugibꝰ et liberis ac rapta ex hoſti
bus ſupellectile fugentium: boueſq; & pecora vias omnis vrbis compleuerant. In hoc ergo
tumultu Decemuir iterum creatus ſum ad curam belli gerendi. Geſſeram. n. ſuperiori ęſta
te eundẽ magiſtratũ per id tempus quo recõciliatio facta eſt inter florentinos & venetos:
Sed nunc premente ciuitatem maximo diſcrimine ob repentinum hoſtium aduentũ: ruſ- Decemvir
ſus decreto populi florentini Decemvir creatus fui: cũ pręſtantiſſimis quibuſdam viris. leonardus.
Neq; enim tunc imminens periculum mediocres homines depoſcebat. ſed qui tãtarum re
rum molem perferre animo & gubernare conſilio idonei eſſent: ꝓpterea dedita opera eſt vt
quantũ fieri poſſet optimi ſumerentur. Hoſtes cum aliquot dies circa politianum ſtetiſ-
ſent: tandem ex mugellano in Caſentinatem tranſierunt quod quidẽ eorum factum mẽtes
noſtras valde ſubleuauit. formidabamus enim ne per marinam fluuium ductis copiis inter
pratum ac florẽtiam deſcẽderẽt vbi & cõmeatum habere potuiſſent & impedire tranſmiſ-
ſionem frumẽti quod a piſis atq; Emporio florentia vehebatur. Nam ad cętera quoq; pericu
la frumenti indigentia per id tempus acceſſerat. Picininus igitur ſiue non intellexerit ſiue
non auſus fuerit: hac oportunitate relicta in Caſcentinatem duxit loca montana & ſaltuo
ſa et remotiora ab vrbe: qua quidem in re ſequutus eſt: vt putant conſilium & ſuaſionẽ frãci
ſci Comitis Pupii ſecreto illum vocantis. Vbi ergo in Caſſentinatem peruenit: bibienam &
romenam accepit: & Franciſcus Comes cum puppio cęteriſq; caſtellis ſuis ad eum defecit.
comeatuq; adiuuit: inde ad Caſtellum ſancti Nicolai poſitis caſtris menſe fere ĩtegro circa
illud deſedit: poſtq̃ vero id quoq; ſuſcepit ad raſſinam conſtitit. nos per hoc tempus caſtel
lum ſancti Nicolai paulo ante amiſſum recepimus: quę quidem res aduerſariorum men-
tes plurimum fregit. Munitiſſimum enim Caſtellum quod ipſi tormentis & machinis vix
vno menſe integro expugnarent recuperatum a nobis intra paucos dies obſtupeſcebãt: iã
que exhinc noſtri meliore ſpe: illi deteriore cœperunt eſſe. Inter hęc auxilia florentinis ſu-
peruenerunt ex gallia equites ad ſeptignentos ex agro piceno totidem quos ducebat Mi-
cheletus. Ex flamminia petrus ioãnes paulus vrſinus cum aliqua manu redierat. pedites ve
ro conduxerat ciuitas ſuper quattuor milia. Expectabantur pręterea Eugenii copiæ.

Erant vero hę ſupra duo milia equitum:quę cũ circa Aretium ſe noſtris coniunxiſſent validi iam ac reſiſtere parati:ad anglare oppidum duxerunt. Nam picininus ſuſcepta in deditionem raſſena ad burgum duxerat:ita ꝙ illis in locis noſtrę copię hoſtibus oppoſitę conſtitere. Non proſequar ſingulos actus:nam id quidem vt ſępius iam diximus hiſtorię foret.

Picinini geſta.

Picininus burgum tenebat inde tyfernum occupare tẽtauit. mox perusium adiit eamq; vrbem celeriter in ſuos fauores conuertit poſtea Tortonã per proditionẽ capere niſus eſt hęc omnia celeriter admodũ fecit. Inde ad noſtros reuerſus: inter tyfernũ et burgũ cũ exercitu cõſiſtit. Noſtri hoſtiũ pręſentiã veriti:caſtra quę prius erãt longius ad ipſa Anglaris mœnia coniunxerunt ea ſignificatio timoris:audaciam picinini adauxit. Itaq; nõ multis poſt hęc diebus repente ſuperueniens totis copiis noſtros inuaſit: Duę res admodum noſtros iuuabant. Vna ꝙ ſub ipſo oppido prelium committebatur loco per commodo: ſibi hoſtibus vero aduerſo. altera ꝙ hoſtes e caſtris ſuis armati venientes per maximos calores ipſi & equi defeſſi prelium inibant. Noſtri recentes & tunc primum ſumptis armis equiſq; præliabantur.

Picininus vincitur.

Itaq; tandem ſuperatus picininus omnes fere copias amiſit: ipſe vix & anxie burgum ſecum paucis recepit. Vexilla omnia exercitus hoſtium a noſtris capta & Florentiam relata. Præterea tentoria & cętera omnia quę fuerunt i hoſtium caſtris noſtri cepere equitibus autem hoſtium pauci admodum euaſerunt. Capti ſunt & ex burgenſibus ſupra mille ducentos:qui fiduciam picinini ſecuti quem victorẽ haud dubie fore credebãt:populariter exierant in noſtros. Sed qui alios capere ſperabant ipſi capti ſunt: Deniq; hęc maxima fuit victoria finem bello impoſitura:ſi noſtri ſequi eã voluiſſent. Sed nec dux erat vnꝰ cui omnes parerent:nec militum cunctorum idem animus. Itaq; ad burgum ducere & picininum circum ſedere differentes: ſpacium abeundi illi dederunt. Tertia demum poſt pugnam die profecti. cum ille iam abiiſſet ad burgum duxere

Burgus capitur.

Burgumq; ipſum & mõterchium & vallialam in deditionem ceperunt Fuit autem hec victoria apud Anglare oppidum parta tertio kalendas Iulii quadrageſimo anno ſupra mille quadringentos. poſt hęc nos cũ alia militũ manu bibienam & romenam ac cętera prius amiſſa: faciliter recuperauimus Caſtella vero quę Comitum fuerant: cæteraſq; arces per Caſentinatem obſideri fecimus

Puppium

Maximum tamen circa puppium fuit certamẽ. Oppidum enim nobile nam manu que munitum et defenſoribus plenum haud facile expugnabatur niſi defectus rei frumẽtarię nos adiuuiſſet. Puppienſes enim iubente domino frumentum omne vetus picinino et ſuis tradiderant. Noua autem frumenta Per bellum & obſidionem colligere non potuerãt. Ita deficiente ſpe: Puppium deditur. Leoninum cum:ignario cum battifolle & prato veteri cęteriſq; omnibus caſtellis quę Comitum fuerant in poteſtatem noſtram venerunt Totum deniq; Caſentinum quod prius nunꝗ fuerat i imperio Florentini populi: magiſtratui noſtro ſubiecimus: Ita ex turbulentiſſima tempeſtate qua creati fueramus. res proſperę lętęꝙ ſunt ad extremum ſequutę. Cũ ingenti gloria & exaltatione Ciuitatis noſtrę.

FINIS libri de temporibus: Leonardi Aretini Impreſſi rurſus ab aſcenſio anno. M.d.xi. Tertio kalen. Feb.

Guarini Veronenſis Parallelia ex Plutarcho in Latinũ cõuerſa feliciter incipiũt.

Guarinus Veronenſis ornatiſſimo viro Iacobo Lauegnolo Salutem.

CVm te Polianũ ſuauiſſim e Iacobe: me vero Polizeanus ager in
p̃ſentia teneat: nõ indignati & tpis ſuccẽſere acerbitati nõ poſſũ
quę noſtrã interrũpat cõſuetudinẽ: & morũ & ſtudioꝝ ſuauita
te conditã: eã vt inſtauremꝰ aliqua ex parte faciet crebra lirtera
rũ legatio: & mutua ſcriptoꝝ noſtroꝝ cõcurſio: quibꝰ abſentes
p̃ſentes ſimꝰ; & ipſa oĩno muſarũ nõ muteſcat humãitas. Et vt
ociũ tuũ vel meo exẽplo iners perire nõ ſinas: cuiꝰ rationẽ fructũ
ꝗ tibi reddere ac impẽtire inſtitui. Accipe breues claroꝝ hoĩm in
ter ſe cõtẽtiones a Plutarcho noſtro collectas: & a me nuper in la
tinũ cõuerſas. In qbꝰ facti nouitate mouebere: ꝗ tãta rerũ geſta
rũ: ꝗ ſane diſſimillimarũ ſiĩtudo plerũq; dep̃heſa eſt: vt vnica duntaxat nominũ iudiceẽ fa
cta mutatio. Gratiſſima certe nobis hęc erit lucubratiuncula: ſi ea & tui noĩs & noſtrę fami
liaritatis memorię dedicata fuerit. Cętera iuuentꝰ hiſtoriarũ capta dulcedine cõquieſcet: &
vehemẽter fuerit oblectata. Quas qdẽ ad res teipſũ & animi nobilitas iuitat: & aui tui ſplẽ
dor accendit: q ingenio: bonis artibꝰ; ſapiẽtia & virtute inſignis: nõmodo familiã veſtrã or
nat: ſed etiã ciuitatẽ vniuerſam. Si vt noĩs: ita & virtutis euadis hęres: p̃clare facis. Cũ per
obſeruata veſtigia: & exẽpla domeſtica: ad laudẽ: ad decus: ad dignitatẽ plenis anhelas gra
dibus. Vnde acceptam ab alio lucem diſſemines: & Veronam illuſtres: de ipſo alias. Plutar
chum: vel me in Plutarcho: potius audi.

QVã plurimi ſunt qui vetuſtiſſimas hiſtorias ob rerũ geſtarũ admirationẽ factiones
& fabulamenta eſſe exiſtiment: Quamobrẽ quũ multa poſterioris tpis facinora: re
bus Romanæ ætatis ſimilia obtigiſſe cõpererim: ea ipſa delegi: & priſcis par nouũ
adieci: eorumq; nomina: qui litteris illa memoriæ prodiderunt ſcripta ſubiunxi.

De Dacho Cynegyro cęteriſq; Athenieñ. ducibꝰ. Cap. I.

PErſarum prefectus Dachus noĩe cum trecentis millibꝰ militũ Marathonẽ (q in At
tica campꝰ eſt) irrũpẽs: quũ ibi caſtra locaſſet: indigenis bellũ indixit. Quocirca
ſpreta barbaroꝝ multitudine: Athenienſes quattuor creatis ducibus: Cynegiro:
Polirelo: Callimacho: & Miltiade: nouem militũ millia eo mittunt. Collatis deinde ſignis:
cum Polirelus quendã humana ſpecie auguſtiorẽ conſpexiſſet: cęcus amiſſo viſu factus eſt.
Callimachus q̃plurimis transfixus haſtilibus: q̃q̃ vitã efflaſſet: ſtetit. Cynegirus iam victã
nauim mordicꝰ detinet: vtraq; manu obtruncatus De Haſdrubale & L. Glauco. Cap. II.

HAſdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit. Senatus itaq; Metellũ imperato
rẽ creat: qui victorẽ inde reportauit exercitũ. In eo bello. L. Glaucus vir p̃cipua no
bilitate: quũ Haſdrubalis natẽ detineret: vtrãq; manũ amiſit: vti ſcriptum reliquit
Ariſtides Mileſius primo rerum Sicularum: a quo materiã Dionyſius ſiculus accepit.

De Xerxe & Ageſilao. Cap. III.

XErxes bellũ Gręcię illaturus cũ qnq; miryadibꝰ militũ iuxta Arthemiſiũ
anchoras iecerat. Quare p̄turbati Atheniẽſes: Themiſtoclis fratrẽ Age
ſilaũ noĩe ſpeculatorẽ miſerunt. Tametſi pater Neocles eũ vtrãq; manũ
amiſiſſe p quietẽ vidiſſet: Is itaq; iter barbaros habitu Perſico cõſtitutꝰ:
quendã ex Xerxis ſtipatoribus noĩe Mardoniũ interfecit. Exiſtimauerat
eñi eũ Xerxẽ eſſe. Cũ igiẽ a circũſtantibꝰ captꝰ ligatus ad regẽ deductus

eſſet: eũ ad ſolis arã immolandũ adducũt: in qua dexterã imponẽs: cũ aliq̃diu vim ſupplicio rũ ne vllo quidẽ emiſſo ſuſpirio toleraſſet: e vinculis liberatꝰ eſt: hac adiecta voce: huiꝰ generis athenicẽſes vniuerſi ſunt: ꝙ ſi fidẽ nõ habes: lęuã quoq; iniiciam. Ea res cũ xerxi pauorẽ incuſſiſſet: ſeruari Ageſilaũ impauit: queadmodũ in ſecũdo rerũ perſicarũ Agutarchades Samius tradit.

De Mutio Ro. Caput. IIII.

POrſena rex Tuſcoꝝ aduerſus Romanos bellaturꝰ trãs tyberim caſtra habebat. Intercepta q̃ Romã ferebaẽ annona: eos fame vrgebat. Eã ob rẽ confuſis patribꝰ: Mutiꝰ ordinis patricii homo quadrigẽtos ęquales a conſulibꝰ accipiẽs: fluuiũ priuato traiecit habitu. Vbi cũ ſtipatorẽ quẽdã neceſſaria ducis diſptientẽ vidiſſet porſenã ratꝰ: hoĩem occidit: ductꝰ deĩde ad regẽ: dextrã igni manũ ĩpoſuit: doloreſq; aĩoſe diſſimulãs ac ridẽs inqt: ſolutus ſum tametſi nolis barbare. Nos quadringẽtos eẽ ſcito q tuo ĩ exercitu obuerſamur: vt te neci tradamus. Tũ rex terrrore cõfectus: pacẽ Romanis fecit: ſicut quarto hiſtoriarum Ariſtides Mileſius memorię mandauit.

De Othriade Lacedęmonio. Cap. V.

ARgiuis & Lacedęmoniis de Tyriacę agro diſceptantibus: Amphyctiones vt vtriq; pugnã cõmitterẽt iudicarũt: & victori ager adiudicareẽ. Itaq; Lacedęmonii Othryadẽ: argiui autẽ Therſandrũ ĩpatores creãt: his deinde pugnãtibꝰ duo ex argiuis Agenor & Cromiꝰ ſupſtites victoriã in vrbẽ renũtiãt: p ſũmã poſtea quietẽ Othryades q ſupuixerat ſemifractis ĩnitẽs haſtis: ex cęſis ſcuta corripiẽs trophęũ erexit: ex ꝓprio inſcribẽs cruore Ioui ĩ cuiꝰ ptãte ſunt trophęa: dehinc orta vtrinq; diſcordia: Amphictiões cũ rei ſpectatores aduẽtaſſent: palmã Lacedęmoniis adiudicãt: hęc ita geſta eſſe Chriſermꝰ in. iii. peloponneſicarũ rerum cõmemorat.

De. L. Poſthumio &. C. Nepote. Ca. VI.

ROmani cõtra Sãnites bellũ gerẽtes Poſthumiũ Albinũ ĩpatorẽ faciũt: q ad Caudinas furcas (is. n. anguſtiſſimꝰ locꝰ eſt) inſidiis circũuentꝰ tres legiones amiſit: ipſe etiã letali vulnere accepto occidit: nocte deinde cõcubia paululũ recepto ſpiritu: raptis ex interfectis hoſtibꝰ clipeis trophęũ erexit: tinctaq; cruore dextera: titulũ inſcripſit: Romani de Sãnitibꝰ Ioui in cuiꝰ ptãte ſũt trophęa. Caiꝰ deĩde cognomẽto Nepos: ĩpator eo miſſus cũ ad locũ aduentaſſet: viſo trophęo: optimũ cepit auguriũ: & marte collato regẽ captũ Romã victor trãſmiſit: vt. iii. Italicaꝝ reꝝ Ariſtides Mileſiꝰ ſcripſit.

De Leonida. c. vii.

PErſis in terrã gręciã cũ myriadibus qngẽtis aduẽtãtibꝰ Leonidas vna cũ qngẽtis a lacedęmoniis eo miſſus eſt: & cũ epulareẽ multitudo barbarorũ incũbit: quos vt Leonidas cõſpexit: prãdete inqt cõmilitones tãq̃ apud inferos cœnaturi. Dehĩc facto in barbaros ĩpetu: mľtis cõfoſſus telis puenit ad Xerxẽ: eiq; coronã abſtulit: quo mortuo Xerxes cor eiꝰ excidẽs piloſũ ĩuenit. hęc Ariſtides pṙio rerũ pſicarũ li.

De Fabio Max. ca. viii

ROmani bello qd̃ cõtra pœnos gerebãt: qngẽtos duce Fabio Maxĩo miſerũt: collatis manibꝰ cũctos amiſit: ipſe mortifero accepto vulnere: in Hannibalẽ vehemẽti curſu cõcitatus: ablato ei diademate ꝓpe eũ oppetiit: Ariſtides Mileſiꝰ ita factũ eſſe teſtis eſt

De Anchuro Crœſi regis filio. cap. IX.

CIrca Celenũ Phrygię oppidũ terra hyans cũ aqua domos cõplures ipſis cũ mortalibus abſorpſit in ꝓfundũ. Midas rex oraculo monitꝰ vt res eo ṗtioſiſſimas cõiiceret ita. n. futurũ vt terra coiret: auro & argẽto ini ecto nihil opis attulit. Anchurꝰ regis filiꝰ cũ nihil in vita humana ṗtioſiꝰ aĩa ſecũ ipſe verſaſſet: datis genitori cõplexibꝰ: & Cimothec vxori: equũ aſcẽdit: inq; hiantẽ locũ cõcitatus eſt: poſtq̃ in vnũ terra rediit: aureã Iouis dei arã eo in loco dedicauit. Huiꝰ rei teſtis eſt Caliſthenes ſecundo Metamorphoſeon.

De Curtio. Cap. X.

TYbris per mediũ fluens forũ: ob Iouis irã magno dirupto aggere: permultas demerſit ędes. Accepto mox oraculo: id deſinere poſſe didicerũt: ſi ꝑcioſiſſimũ qddã illuc iniicerẽt. Cęteris aurũ atq; argentũ iniicientibꝰ: Curtiꝰ inſignis aduleſcẽs cũ ꝑcioſiſſimã hoīs aīam intelligeret: ſeſe in hyantẽ terrã cōiecit eques: ſuoſq; ex calamitate ſaluos reddidit. Ariſtides in .xi. rerũ Italicarũ refert.

De Amphiarao. Cap. XI.

CVm duces q Polynicẽ ſecuti ſunt conuiuiũ agerẽt: qdã aqla deſcẽdẽs telũ Amphirai in ſublime tulit: moxq; dimiſit: id autẽ humi fixũ in laurũ verſũ eſt. Quo in loco cũ poſtridie dimicarẽt: Amphiaraꝰ vna cũ curru abſorptꝰ eſt. Ibiq; oppidũ hac etiã ætate vocaẽ harma .i. currus. Id apud Traſimachũ tertio ędificiorũ libro ſcriptũ eſt.

De Valerio Torquato. Cap. XII.

ROmani aduerſus Pyrrhũ Epyrotarũ regẽ bellũ gerebãt. Tũ Pauꝰ æmylius reſpõſum accepit ex oraculo victoriã reportaturũ: ſi arã eo ĩ loco ędificaret: vbi iſignẽ cũ curru hoīem demerſũ aſpiceret. Poſt tris demũ dies Valerius Torquatꝰ (ſic. n. in ſomnis fuerat admonitꝰ) ſũptis ſacerdotis inſignibꝰ (nã augurali ſcientia ꝑditꝰ erat) educto exercitu & multis ãte ab ſe interfectis ab terra abſorptꝰ eſt. Tũ Aemyliꝰ ſtructa ibidẽ ara: victor euaſit: ex qua victoria .clx. turres geſtãtes elephãtos Romã miſit. Quo autẽ tpe ſupatus eſt Pyrrhus: ex ara ipſa eduntẽ oracula. Ita Critolaus tertio rerũ Epyroticarum meminit.

De Hercule & Pyrrhechme. Cap. XIII.

HErcules florẽti adhuc ętate regẽ Eubœę Pyrrhechmen bellũ Bœotiis ĩferẽtẽ vicit: victũq; pulis equinis ita alligauit: vt in duas diſptireẽ partes: inſepultuſq; iaceret: Locꝰ adhuc pyrrhecmꝰ puli vocaẽ. Eſt autẽ ꝓpe Heracliũ fluuiũ: vbi potãtibꝰ equis hynnitꝰ emittiẽ. quemadmodũ tertio de fluminibꝰ libro traditum eſt.

De Tullo Hoſtilio & Metio Suffetio. Cap. XIIII.

TVllus Hoſtilius rex Romanoꝝ cũ Metio ſuffetio Albanoꝝ rege bellũ habebat: in quo ꝓliũ ſępenumero diſtulit. Eoq; aliqñ ſuperato: Albani ad epulas ſeſe cõuertũt. epulantes adoriẽ: captũq; regẽ duobꝰ alligãs pulis diſcerpſit: vt Mexarchꝰ in rerũ Italicarũ libro auctor eſt.

De Philippo & Aſtero. Cap. XV.

PHilippus qũ Methonẽ & Olinthũ diripere cuperet: ſũmis viribꝰ Sandauũ fluuiũ traiicere conabaẽ: qua in re Aſter Olinthꝰ telũ Philippo ĩmiſit in oculũ his verbis ĩſcriptũ. Aſter Philippo mortiferũ mittit telũ. philippus amiſſo oculo saluꝰ ad ſuos rediẽs enatat: hęc quidẽ Caliſthenes tertio rerũ Macedonicarũ tradit.

De Coclite. Ca. XVI.

POrſena rex Tuſcorũ bellũ Romanis inferẽs: trans Tyberim metatꝰ eſt caſtra: vbi intercepta annona Romanos fame domabat: Horatiꝰ Coclẽs imperator creatꝰ pontẽ Sublicũ occupat. Vt barbaroꝝ copias ꝓhiberet. Cũ autẽ barbarorũ multitudine premereẽ: militibꝰ quos ſecũ habebat vt põtem ſublicium inciderẽt impauit: q res trãſire volentes Tuſcos cohibuit. Cũq; ſe in fluuiũ deieciſſet: oculũ telo ſautiꝰ enatauit ad ſuos. Hęc quidẽ Theotimus ſecũdo rerum Italicarum refert.

De Pauſania & Ageſilao. Cap. XVII.

PErſis græciam diſcurſationibꝰ ac ꝑdis infeſtantibus: Pauſanias Lacedęmoniorum imperator quinquaginta auri talenta vt Spartam proderet a Xerxe acceperat. Quod vbi dephenſum eſt: pater Ageſilaus eũ vſq; ad auxiliariæ palladis tẽplũ inſectatꝰ: cocto latere ita tẽpli fores obſtruxit: vt eũ inedia cõſumpſerit. Mater autẽ inſepul-

tum eiecit: quemadmodum Chriſermus hiſtoriarum ſecundo refert.

De Craſſo Bruto & Caſſio. Cap. XVIII.

BEllum Romanis aduerſus Latinos erat: in eo ducē. P. Deciū creant quidā patricio genere. Cęterū inops adulescens Craſſus Brutus nomine: dicta mercede portas aperire volebat. Verum depręhenſus ad auxiliarię Palladis tēplū confugit. Ei⁹ pater Caſſius ſignifer: occluſis foribus necatum fame iuuenem inſepultum eięcit: quemadmodū Clytonymus in rerū Italicarū lib. ix. tradit.

De Dario & Ariobarzane. Ca. XIX.

DArius rex Perſarū apud fluuium Granicum cum Alexandro confligens: amiſſis ſatrapis & falcatis curribus duobus ac quingentis: alterum pręliū initurus erat. Ariobarzanes autem filius Alexandri miſericordia cōmot⁹ patrē interficere pollicitus eſt. Qua re indignat⁹ Darius: filio caput abſcidit. Quod Aretaches Cnidius in tertio rerum Macedonicarum teſtat̃.

De Bruto & filiis eius. Cap. XX.

BRutus electo Tarquinio ſupbo: conſul vna oīm voce creat⁹. Ille. n. impioſe nimis ac tyrānice in regno verſabat̃. Expulsus itaq; ſeſe recepit ad Tuſcos: quorū ope cū bellū Romanis inferret: filii Brutum ꝑdere voluerūt. Qua ex re Brut⁹ nati caput abſcidit. Id Ariſtides Mileſius in rebus Italicis teſtatur.

De Epaminunda & Steſimbroto. Cap. XXI.

THebanorū dux Epaminūdas aduerſus Lacedęmonios belligerabat. Inſtāte igit̃ deligendoꝝ magiſtratuū die: relicto in exercitu filio Steſimbroto: quū ei ne pugnaret impaſſet: venit in patriā. Lacedęmonii vt abſentē Epaminundā intelligūt: adoleſcentē conuiciis: vt imbellē & effœminatū laceſſunt. At ille grauiter ferens: paternoꝝ; īmemor ꝓceptoꝝ: martē contulit: victoriā reportauit. Qd̄ vbi pater accepit: indignat⁹ corona impoſita: ceruicē ſecari iuſſit. ſicuti in tertio rerū Thebanarum Cteſiphon ſcribit.

De Manilio Torquato. Cap. XXII.

ROmani bellū aduerſus Sānites habētes: Manilium cognomēto impioſum imꝑatorē creant. Qui poſtmodū comitiis conſularib⁹ ꝑfect⁹ in vrbē: filio ne manū cōſerat impat. Id vbi Sānites ꝑdidicere: iuuenē cōtumeliis adorti nihili pēdūt. Quib⁹ cōmot⁹ adulescēs: fuſo hoſte victoriā ī caſtra rediit Quare Manili⁹ natū ſecuri ꝑcuti iuſſit: ſicut Ariſtides Mileſi⁹ ſcribit.

De Hercule & Iole. Cap. XXIII.

HErcules ab Iole connubio reiect⁹ œchaliā diripuit. Iole ſeſe e muro deiecit. Cōtigit vt cū vehemēs vent⁹ amictū quaſi ſinū inflaſſet: illęſa deſcenderit. Ita ſcriptum eſt ab initia malecta.

De Torquato & Cluſia. Cap. XXIIII.

IN bello quod cum Tuſco gerebat̃ ab Romanis. Val. Torquatus imperator cū regis filiā Cluſiam noīe vidiſſet: vxorem abs Tuſco petiit: quā minime conſequut⁹ oppidū diripit. Cluſia ſeſe e turri deiiciens: tumefactis veſtibus vento (ita enim ſuggerente Venere factū eſſe credit̃) ſoſpes ad terram delata eſt. Eam quum poſtmodū imperator violaſſet: publico decreto refragante nemine in Corſicam in exilium miſſus eſt. Ea eſt adiacēs Italię inſula: ita ſcriptum eſt a Theophilo libro Italicarū rerum tertio.

De Metella Metelli filia & Iphigenia. Cap. XXV.

POenis ac Siculis ſocia aduerſus Romanos arma parantibus: Metellus imperator oībus diis excepta duntaxat Veſta: ſacrificium fecit. Quæ quum aduerſos claſſi vētos immiſiſſet. C. Iulius vates eos ceſſaturos dixit: ſi antea filiam immolaſſet. Ille

vrgentibus rebus filiam Metellam immolaturus adduxit. Dea vero aduleſcentem miſerata Bucculam ſuppoſuit puellamq; ad lanuſium deferens ſacerdotem eius qui in eo loco colitur diaconis fecit: ſic in tertio rerum italicarum a phyconide proditum eſt. Idē de iphigenia in aulide bœotiæ factum eſſe Meryllus primo bœotiorum geſtorum commemorat.

De Breno & puella ab eo compreſſa Cap.XXVI.

BRenus rex Gallorum aſiam diripiens cum epheſum aduentaſſet plębeiam virginē adamauit: quę & concubitū & epheſi proditionem pollicita eſt ſi mūdū ſibi muliebrem & manuū ornamēta traderet. Orans igitur milites vt in auariſſimæ virginis ſinū aurū quod geſtabant imitterent: fecit vt ſub magna vi auri iuuencula obrueret: ſicuti pirmo rerū gallicarū Ditaphor⁹ ſcriptū reliqt.

De Tarpeia Virgine. Cp.XXVII.

ROmanis bellum contra Albanos gerentibus Tarpeia virgo nobilis capitolii cuſtos: ſeſe in tarpeium collem aditum tradituram eſſe promiſit: ſi quę ornatus gratia ferebant monilia mercedis loco ſibi tradidiſſent. Id vbi decreuerunt viuentem obruerunt. Sic Ariſtides Mileſi⁹ in libro rerum italicarum factum affirmat.

De Tegeatis & Pheneatis tergeminis. Cap.XXVIII.

TEgeatę ac pheneatę cū diutino ſeſe bello afflixiſſent demū iter ſe vti pro ſūma rei tergemini fratres prælium inituri vtrinq; mitterentur decernunt: Itaq; tegeatę Rheximachi filios: pheneatę vero demoſtrati ꝓmiſerūt. Collato marte duo ex rheximachi liberis interfecti: tertius nomine Critolaus duos militari quadā aſtutia ſupauit. Nā cum fugā ſimularet inſectātes ſingulatim occidit. Eius aduētui cū popul⁹ vniuerſus gratularet: ſola quidē ſoror de hoc modicam cœpit lætitiam: perierat nāq; in eo prælio ſponſus ipſius demotich⁹ Quo indignatus Critolaus ſororem interfecit: qui cum homicidii accerſeretur matris interuentu a crimine liber euaſit: hæc quidem demaratus rerum archadicarum libro tradit. Critolaus victor.

De Curiatiis & Horatiis. Cap.XXIX.

BElligerantibus aduerſus albanos romanis tergemini delecti propugnatores. Ex albanis quidem Curiatii. Ex romanis autem Horatii Collato marte Curiatii ex aduerſariis duos interficiunt: qui ſuperſtes erat: ſimulatę fugæ auxilio vſus inſectantes ſingulos necat: quæ victoria cū omnibus lætitiam attuliſſet ſola quidęm ſoror minime congratulata eſt Horatio. Is em̄ curiatiū eius ſponſum neci dederat: quocirca ſororē occidit. Reus deinde cędis factus: patris precibus abſolutus eſt: Hæc Ariſtides Mileſius in Italicarum rerum libro.

De Ilo troiano Cap.XXX.

CVm in Ilio Mineruæ tēplū arderet Ilus curſu concitus: demiſſum cœlo palladium eripuit: ſtatimq; oculis capt⁹ eſt. Haud enim mortalium lumīe cerni licet: poſtmodum placata ira deæ priſtinum recuperauit aſpectum Vt decyllus in ædificiorum libro refert.

De Metello Cæco Cap.XXXI.

MEtellus homo patricius ſuburbanum ſuum petens: cū cædentes ſe inuicē: alis coruos vidiſſet: augurum religione detentus romā reuertit. Vbi Veſtæ templum incenſum conſpicatus palladiū eripuit: ſtatimq; oculis captus eſt. Poſtmomodū deę ira placata viſum recuperauit. vt refert Ariſtides Myleſius in rerum italitarum libro.

De Codro Cap. XXXII.

INeo bello quod aduerſus athenienſes thraces gerebant datū eſt eis oraculū ſeſe victores fore: mō a Codri cęde abſtinerent. Codrus autem ſumpto mēdici habitu fal-

cem tenens puenit ad hoſtes: vbi cũ quēdã mactaſſet ab altero interficit: q̃ res athenieſib⁹ victoriã reportauit: hui⁹ rei auctor ē Socrates libro de thraclb⁹ ſecundo.

De Publio Decio & filio Cap. XXXIII.

PVblius deci⁹ cõtra albanos belligerans in ſõnis monit⁹ eſt: ſeſe romã romanis a deptururum: ſi mortē oppeteret: medios igiẽ hoſtes irrũpens: hoſtes cũ multos leto dediſſet: interficitur. Itidē fili⁹ deci⁹ in bello gallico ꝑ ſalute publica occiſus eſt: huius rei auctor eſt Ariſtides myleſius. De Cyanippo Cap. XXXIIII.

CYanippus natione ſyracuſan⁹ ſoli baccho ſacra facere: neglexit. Irat⁹ de⁹ ebrietatē incuſſit: q̃ tanta extitit vt occurrentē in tenebris filiã cyanen: q̃q̃ reluctantē violarit. Ea vero anulũ ſurripiēs nutrici cõmendauit. Vt violatoris indicium eſſet. Poſtmodũ cũ peſtilentia vrbē inuaſiſſet: ex pythio delatũ eſt: oraculum. Vt impietatis auctor liberatoribus diis immolaretꝫ ignorantibus cunctis quid portenderet oraculũ. Conſcia rerum cyane tractũ capillis patrem mactauit: ſeq̃ ſup eũ necatũ iniecit. Ita factũ eē Doſitheus ſcribit tertio rerum ſicularũ. De Armitio. Cap. XXXV.

CVm bacchanalia romę fierent: Armiti⁹ a natiuitate hydropitor dei vires floccifaciēs: illi⁹ ira ebrietate capt⁹ filiã medulinã corrupit: obſcuro quodã in loco. Ea vero dēpto violatori anulo parentē agnouit: cũ maior annis facta eſſet intellecto flagitio patrē inebriat: & coronatum ad fulguris arã ducit: ibiq̃ fuſis lachrymis virginitatis inſidiatorē mactauit. Ita factũ ſcribit Ariſtides tertio rerꝫ italicarũ De Erictheo Ca. xxxvi.

ERictheus bellũ cũ Euinloquio faciens accepto reſponſo ſeſe victorem futurũ didicit: ſi filiam victimã diis faceret: qua re vxori praxithæ cõmunicata: puellã cecidit: cuius rei Euripides in Erictheo meminit. De Dario & germanorꝫ aris Ca. xxxvii.

DArius cymbrico bello ꝑfligatus in ſomno premonitus eſt: victoriam ſe cõſecuturũ ſi pri⁹ diis victimã filiã Calphurniam nomine faceret. Patriæ igiẽ charitati natura poſtpoſita eo facto victoriã cõparauit. Duę adhuc hiſce tēporibus in germania aræ ſunt quæ victoriæ tempore: tubarum clangorē edunt: cuius rei Dorotheus tertio rerũ italicarum meminit De Cyanippo Theſſalo & ei⁹ amica Cap. XXXVIII.

CYanippus natione Theſſius frequētiſſime venatum ire cõſueuerat. Noua vero nupta ob magnã in ſiluis conſuetudinem alteri⁹ mulieris concubitũ ſuſpicata euntem Cyanippũ pedetētim ſubſecuta eſt. Cũq̃ inter dēſa delituiſſet arbuſta: rerũ pręſtolabatur euentũ. At ramis forte cõmotis feram adeſſe canes ſuſpicãtes impetu facto amãtiſſimã viri puellã vt brutũ aĩal dilaniarũt. Id vero inſperatũ adeo facin⁹ cũ Cyanipp⁹ inſpexiſſet mortē ſibi conſciuit: hęc Partheni⁹ poeta.

De Aemilio adoleſcente & ei⁹ vxore. Cap. XXXIX.

APud Sypharim italiæ oppidũ: ſpectatæ venuſtatis adoleſcens Aemylius erat mirũ in modum venandi ſtudioſus. Vxor aũt nouella cũ in alterius puellę cõplex⁹ ipſũ ire opinaretur in ſaltus egreſſa delitēſcebat. Conquaſſatis aũt arbuſculis canes accurſant: & vt feram diſcerpunt adoleſcens ſeſe ipſe interfecit. Hæc Dytonimus ſecundo rerum ſybariticarum. De Myrrha Cyniræ filia. Cap. XL.

MYrrha Cynirę filia: ob iram veneris patris amore capta amoris vim nutrici detexit. Ea dominum fraudibus induxit. Vicinam enim quandã virginē ipſius amorib⁹ incenſam eſſe ingt. Cæterũ verecundia palam accedere non audere. Quocirca Cyniras clamdeſtinos habebat congreſſus. Olim aũt quænam ea foret amaſiola diſcere concupiſcens quæſito lumine cum eam vidiſſet accepto enſe procaciſſimam inſectatur: at ea Veneris miſeratione in ſui nominis arborem mutata eſt: vt Theodorus in libro Metamorpho-

ſeon ait.

De Valeria Tuſculana Cap.XLI.

VAleria tuſculanana ob irā Veneris Valeriū patrē depibat: rēq; nutrici cōmunicat: q̄ dolis ſubiens herum: puellā quādā ex vicinis eū adamare inqt: q̄ aſpectum ei⁹ aptumq; concubitū vereat. Aliquando pater poſt modum debacchat⁹ lumē petiit: nutrix vero præueniens fugiēſq; ſeſe pcipitauit: filia quoq; inde euadens peperit ſiluanū quē græci Aegypanē vocant. Pater quoq; Valerius dolore affectus ſeſe dedit in pcipitiū vt Ariſtides Mileſi⁹ tertio rerū italicarū ait.

De Diomede & Calluce Lyci filia Cap.XLII.

DIrepta Troia Diomedes in Libyam poteſtate deiectus eſt: vbi Lyc⁹ rex hoſpites marti patri immolare cōſueuerat. Calluce vero filia illius amore capta patrē prodidit: Diomedemq; e vinculis ſaluum emiſit. At ille ſpreto ſalutis auctore enauigat. Ea vitam Laqueo finit: id Iubas rerum affricanarū libro tertio ſcriptū reliqt.

De Calphurnio Craſſo. Cap.XLIII.

CAlphurnius Craſſus patricii generis homo: in expeditionē reguli ſocius in maſſilinos: vt munitiſſimum caſtellum gateciū diriperet miſſus eſt: vbi in hoſtiū poteſtatem redactus Saturno immolandus deſtinat: Balſacia regis filia iuuenē adamatū p̄ris a ſe pditi victorē fecit. Eo aūt retro abeūte puella ſibi ferro iugulū trāſuerberat. Ita Heſianx tertio rerū libycarū ſcriptū reliquit.

De Priamo Polydoro Polymneſtore & Hecuba. Cap.XLIIII.

PRiamus filium polydorū cū magno auri pōdere ad generū polymneſtorem thracię regē emiſit. Hic autem cū capiūdę: ac diripiēdę vrbis piculū inſtaret: necato puero aurū ſibi adiudicat: q̄ qdē in loca cū aduentaſſet hecuba: accitū verſutiis atq; artibus polymneſtorē quaſi aurū hōi cōmendatura ſuis & captiuarū manib⁹ occęcauit: hęc apd̄ Euripidē tragœdū ſcripta cōperies.

De Imbrico. Ruſcio & Beſtio. Cap.XLV

SPoliante Campanos Hānibale: L. Imbricus filium Ruſcium magnis cū pecuniis apud Valerium beſtium eius generū depoſuit. Tandē cū in manus victoris Capuā peueniſſe accepiſſet: Campan⁹ ille auaritia ſtimulante: naturæ iura tranſgreſſus: adoleſcentulū mactat. Poſtea cū Imbricus per ſuburbanum deambularet filii cadauer offendit. Quocirca accitū generū vt occultos a ſe theſauros perdiſceret effoſſis oculis cruci affixit: hoc apud Ariſtidem tertio rerū italicarū inuenit.

De Aeaco & Phœco Ca.XLVI.

AEacus filiū ex Pſamata Phœcū noīe habebat: quē mirifice diligebat. In eum Thelamon cū ſimultatē gerebat venatum educebat. Cōparente deinde apro Thelamon miſſo in eū venabulo cōfodit. ob ei⁹ cędē a patre in exiliū miſſum ſcribit. Theodorus primo Metamorphoſeon.

De Maximo & Rheſo Cap.XLVII.

MAximus duos habuit filios Simulum & Rheſum ex quib⁹ Rheſum Ameria enixa erat: hic inter venandum ſponte occiſo fratre demū reuerſus fortuitum fuiſſe euentum inqt quod conſilio ppetrarat: pater vbi facti veritatē agnouit: filium fecit extorrem. Aryſtides tertio rerum italicarum ſcribit.

De Deolo & liberis ei⁹ Cap.XLVIII.

DEolus rex tuſcorum ex āphitecta filias ſex & mares totidē ſuſcepit. Machate⁹ omnium ætate minimus vnius amore incenſus eam violauit: qua ex re conceptus infans rem prodidit. Pater itaq; filiæ mittit enſem: quo accepto ea rem flagitioſam intelligens necem ſibi cōſciuit: idemq; paulo poſt Machareus fecit. Huius rei teſtis eſt Soſtratus ſecundo rerum tuſcanicarum.

De Papirio & liberis eius. Cap.XLIX.

PApirius volucer ducta in matrimonium Iulia pulchra ſex liberos totidemq; fœminini ſexus filias ex ea genuit. Ex his qui natu maximus erat Papirius romanus nomine: canuſiam nomine ſororem adamatam grauidam fecit. Id vbi pater intellexit filiæ miſit enſem quo ſe puella tranſuerberans exiuit e vita. Idem romanus factitauit. Huius facti teſtis eſt Chryſippus primo rerum italicarum

De Ariſtone & Onoſeli. Cap. L.

ARiſton Ariſtonymus epheſius demoſtrati filius genus muliebre peroſus: cuidã ſe immiſcuit aſinæ quæ ſuo deinde tempore puellam ſpecie honeſtiſſimam peperit. Cui onoſeli nomen fuit: hæc Ariſtides ſecundo mirabilium tradit.

De Tullio Stello. Cap. LI.

TVllius Stellus mulierum odio equę ſeſe immiſcuit: quæ deinde formoſam admodum peperit puellam & tempeſtiue quidem Hipponam appellarunt. Hoc Ageſilaus tertio rerum italicarum tradit.

De Sardianis & Smyrneis. Cap. LII.

SArdiani Smyrneis belligerantes caſtris circa mœnia poſitis legatos mittunt: ſe non ante diſceſſuros: q̃ vxores ad coitum conceſſiſſent. Cum igitur Smyrnei magnum ex neceſſitate probrum perpeſſuri forent. Ancilla quędam honeſta facie ad herum philarchum accurrens. Mitte inquit ancillas ornatu liberali quo facto earum defatigati coitu capti ſunt. Quam obrem etiam hoc tenpore apud ſmyrneos diẽ feſtum dione agitant: quẽ liberalem vocant: in quo ancillæ dominarum ornamenta geſtant: quemadmodum Doſitheus tertio rerum lidicarum perhibet.

De Atepomaro. Cap. LIII.

ATepomarus gallorum regulus romanis belligerans: non ante ſe ceſſurum inquit q̃ coniuges ſuas ad coitum expoſuiſſent. Cæterum conſilio ancillarum ſeruas mittẽtes vt barbaros laſſos incredibili ſopore captos accipiunt erumpentes in gallos victoriam reportarunt. Retana ſiquidem (hæc enim conſilii authorextitit) per caprificum muros aſcendens conſulibus ſignum dederat. Ex eo autem facto dies feſtus inſtitutus ancillarũ appellatur: vt perhibet Ariſtides Mileſius primo rerum italicarum.

De bello Athenienſium contra Eumolpum. Cap. LIIII.

AThenienſes bellum contra Eumolpum gerebãt. Cum autem annonæ futura inopia videretur: Pyrander quæſtor Vrbanus triticum parce ſuppeditans largitionẽ ſurripiebat. Populus igit̃ eum in proditionis ſuſpitionem deuocatum ſaxis obruerunt: ſicuti rerum thraciæ tertio Caliſthenes commemorat.

De Cynna. Cap. LV.

CVm aduerſus gallos romani bellũ gererent annonęq; caritas inualeſceret: Cynna tritici largitionem ſurripiens regnum affectaſſe creditur: quo circa ſaxis obrutus eſt. Sicuti tertio rerum italicarum Ariſtides commemorat.

De Piſiſtrato. Cap. LVI.

BEllo peloponenſiaco Piſiſtratus orchomenorũ rex: cũ nobilitatẽ odio inſectaretr̃: plębis ſtudioſus erat: q̃re in ſenatu eũ necare decreuerũt: diſcerptũ igit̃ itra ſin⁹ cõdũt: ac ſolũ emũdãt: plębeia dehĩc multitudo cõcepta ſuſpitiõe in curiam aduolat. Regis filius ætate minor nomine Cleſimachus conſcius conſpirationis ex curia turbam retraxit. Patrem enim ſupra

mortalē ſpeciem ad piſcū montē magna velocitate deferri cōmētus eſt. Eaq; fraude plębē abduxit. hæc in ſecūdo rerū peloponeſicarum a Theophilo memoriæ prodita ſunt.

De Romulo. Cap. lvii.

SEnatus finitimis bellis īplicit⁹ cōſuetā annonę largitionē plebi ſubtraxit. Romulus indignatus plebi reſtituit: cōpluris ex primorib⁹ ſupplicio affi ciens. Hi poſtmodū in ſenatu Romulū obtrūcatū intra ſinū cōdūt: plebs igit̄ cū facibus ad curiā diſcurſans ab Tito ꝑculo reuocata eſt: cū ci⁹ orō ni fides habuiſſet. Is em̄ primarius in ciuitate vir ſe romulū in mōte aſpe xiſſe dixit: q hūana auguſtior forma diuinitatem aſſecutus erat: hęc ſecū do rerum italicarū ab Oriſtobolo memoriæ prodita ſunt.

De Pelope & Hippodamia ac laio Chryſippoq; Cap. lviii.

PElops tātali & Eurianaſſæ fili⁹ ducta in matrimoniū hippodamia duos ex ea liberos ſuſcepit. Atreū & thieſtē: ex danyde puella chryſippū: hūc lon ge magis q̄ legitimos carū habebat pelops: Hūc aliqn̄ laius theban⁹ ada matum rapuit. Quocirca captus a thieſte & atreo: laius benigne a pelope tractat⁹ ē: q̄ filiū amoris cā corripuerat: hippodamia thieſtē atreūq; īdu cere conabat̄: vt hi Chryſippū pinde ac regnū inſidiis appeteret mactatent: qbus neganti bus hippodamia manus cęde cōtaminat. Multa em̄ nocte ſopito laio educto ei us enſe chry ſippū cōſautiat gladiūq; cōfigit: quo deuocatus in ſuſpitionē laius ab chriſippo ſemiuiuo quidē & vera fatenti ex periculo liberatus. pelops: eo ſepulturæ mandato hippodamiā fecit extorrem: velut hæc apud Dophiteum in pelopidarum libro ſcribuntur.

De Hebio & Nuceria ac filiis. Cap. lix.

HEbius ex vxore nuceria duos creauit filios cū ſpectata pulchritudine fir mū noīe ex liber a haberet: quē ſupra legitīos: pr̄ diligebat. Nuceria ī priui gnū maligno cōmota odio in eius necē filios incendebat. Quod cū hi per pietatē abnuetēt ea cædem ꝑpetrat. Multa em̄ nocte ſurrepto a ſtipatore gladio dormientem adoleſcentem letali vulnere adoritur: relicto ibidem enſe ſtipatori cędis ſuſpicio iniecta eſt. Iuuenis aūt ꝑdita veritate hoīem ſaluū reddit: tum pater humato filio mulierē in exiliū eiicit: velut apd̄ Doſitheum tertio rerum italicarum ſcribitur.

De Theſeo hippolyto & phedra. Cap. lx.

THeſeus verus neptūni filius cū ex amazone Hippolyta filiū haberet Hip polytū nouercā ſubinduxit phedrā minois regis filiā: quæ ꝑuigni amore affecta cōciliatricē miſit nutricē. Ille vero relictis athenis trozena ꝓfectus venationibus omne tēpus cōſumebat: ꝑcaciſſima fœmina voti cōpos mi nime facta contra pudiciſſimū aduleſcentem cōmētitias conficit litteras cū laqueo vitam finit. Re credita Theſeus ex neptūno: filio necē exorat. Id enim erat ex paternis votis tertiū: dehinc cum in littore obuerſaret̄ taurus īmiſſus a patre equos adeo reddidit attonitos vt hippolytum diſcerpſerint.

De Pomminio Cōminio & Gidica. Ca. lxi.

COmminius frater laurentinus cū ex Egeria nympha filiū cōminiū haberet gidicā nouercā ſup induxit: q̄ cū ꝑuignū depiret ab eo reiecta ſuſpēdio ſibi ſpiritū intercepit. Cōfectis a ſe prius relictis ep̄lis. Cōminius plectis calū niis fidē ob mulieris amorē adhibens: inde vectū in curru filiū neptūnū in uocat. Is aūt taurum equis oſtentat qui terrore cōcuſſi iuuenē diſtractum interemerunt. Doſitheus tertio retum italicarum auctor eſt.

De Helena lacęna. Cap.lxii.

CVm peſtilẽtia lacedæmonẽ vexaret ex apolline relatũ eſt oraculũ finẽ mali fore ſi quotãnis generoſam quãpiam virginem immolaret: dũ ſors helenæ obtigiſſet & ducta eẽt ad arã aqla q̃dã ſubito volatu deſcẽdẽs correptũ enſem ad arã ab ea detulit: & ſupra iuuẽcã poſuit. Quę res a virginis cęde vt abſtineret cã fuit. Ita factũ Ariſtodom⁹ ait tertio collectarũ fabularũ.

De Valeria lupca. Cap.lxiii.

PEſtis Valerios inuaſerat: qb⁹ ex oraculo cõmonefactis ceſſaturũ id malũ: ſi quotãnis Iunoni virginẽ imolarent: eadẽ ſemp religione manẽte in ſortẽ vocata Valeria lupca: enſem corripuit & ĩpoſita foco virgula cũ malleo enſẽ iuuẽcæ iuxta tẽplũ paſcẽti ĩpoſuit. Virgo igit̃ re ĩtellecta imolata iuuẽca malleũ atripuit: domũq; & ęgrotos circũluſtrãs pcente ĩctu feriebat: cũq; vnicuiq; vale dixiſſet eos ſuſcitauit ĩcolumes. Quocirca & hoc tẽpore myſteriũ illud fieri cõſtat: ita factum Ariſtides. xix. rerũ italicarũ ait.

De Lycaſto & Partuſio. Cap.lxiiii.

PHilonomia Victimi & archadię filia: cũ in venationibus verſaret̃: ĩciditq ſũpta paſtoris forma grauidã mulierẽ fecit. Ea vero genellos enixa patris metu in erymãtũ eiecit ĩfantes: q deorũ ꝓuidẽtia illeſi delati ad cauã quãdã quercũ agunt̃: vbi cũ lupa q̃dã catulos haberet ꝓpriis abiectis in fluẽtũ catulis ĩfantib⁹ vbera ꝑbuit: q̃d qdẽ tilyppus paſtor cõſpicatus ſuſceptos educauit vt ſuos. Alterũ qdẽ lycaſtũ: alterũ vero partuſiũ appellãs: Hi deinde archadię regnũ ſucceſſiõe cõſecuti ſunt. Quorũ auctor ẽ Zopirus birãtius tertio hiſtoriarum.

De Romulo & Remo. Cap.lxv.

AMuli⁹ in fratrẽ Numitorẽ tyrãnice affect⁹: filiũ enicirũ cũ in venatiõe occidiſſet: filiã illius Siluiã iunõi dedicauit: grauidaq; ex matte facta gemellos edidit. Re poſtmodũ tyrãno patefacta is ſolicit⁹ vtrũq; in tyberis ripã demergẽdũ abiecit. Hi caſu ad locũ quẽpiã deferũtur: vbi nup lupa partum ediderat q̃ pprios abiiciẽs catulos ĩfãtes educauit Id faſtul⁹ paſtor cõſpicat⁹ puellos enutriuit. Alterũ qdẽ Rhemũ: alterũ vero Romulũ appellans: q poſtea romã cõdiderũt quorũ auctor eſt Ariſtides mileſius in rerum italicarũ libro.

De Agamenone & Oreſte. Cap.lxvi.

ILio capto Agamennõ vna cũ caſſandra mactati ſũt: fili⁹ oreſtes apd̃ ſtrophiũ enutrit⁹ poſtea pr̃is interfectores ſupplicio affecit: vt a pirãdro i libro rerũ peloponeſiacarum ſcriptũ eſt.

De Fabio Fabriciano & eius filio. Cap.lxvii.

FAbi⁹ fabrician⁹ ex magni illi⁹ fabii gñe capto tuſco (ea ẽ primaria ĩter ſãnites ciuitas) victorioſã venerẽ q̃ ſũmo apd̃ illos cultu habebatur Romã miſit. Hui⁹ vxor cũ ſpecioſiſſimo adueſcẽtulo noĩe Petronio valentino adulteriũ cõmittebat. Quocirca redeũtẽ virũ dolore obtruncat. Fabia vero fabricianũ fratrẽ ĩfantẽ adhuc exurgẽti liberatũ piculo clã miſit alẽdũ. At ille cũ ad ętatis vigorẽ pueniſſet matrẽ & adulterũ obtrũcat. Senatus ne res illa fabriciano fraudi eſſet decreuit: vt ab Doſitheo tertio rerum italicarum ſcriptum eſt.

De Buſiride. Cap.lxviii.

BVſiris ex Neptũno & Anippa creat⁹ aduenas ficta q̃dã hoſpitalitate mactatos imolabat: occiſoꝝ tãdẽ vltio ob deoꝝ irã in auctorẽ rediit. Hercules.n. eũ claua ad ortus interemit: vt agathon Samius tradit.

De Gerione. Cap.lxix.

HErcules cum Gerionis boues per italiã duceret: a fauno rege ſuſceptus eſt hoſpitio. q mercurio natus: patrii hoſpites imolabat. Is igitur herculem inuadens interemptus eſt: vt tradidit Dercillus tertio rerum italicarum.

De Phalaride. Cap.lxx.

PHalaris impius agrigentinorũ tyrãnus aduẽtantes ad ſe hoſpites ſupplicio afficere & torquere ſolebat. Tertius in laborãdo ęre faber egregius vaccam ex ære cõſtruxit: quã ad concremandos in ea hoſpites tyrãno donaret. At phalaris dũtaxat pro tp̃e iuſtus fact⁹ in eã cõiecit artificẽ quæ quotiẽs incluſus gemitum ederet mugitum reddidit.

Alij' Perillus nõ tertius.

De Aemylio Cẽſorino & Aruntio paterculo. Cap.lxxi.

AEgeſta ſiciliæ oppidum eſt: vbi Aemylius cenſorinus crudeliſſim⁹ tyrannus erat: hic ſiquis noua quędam tormenta: & inuſitatum cruciandi genus extruxiſſet: præcipuis eum muneribus ꝓſeqbatur. Quidam igiẗ arũtius paterculus noĩe: equũ ex ęre fabricatũ: vt in eo excruciãdos iniiceret Aemylio donat. Ille aũt tũ deniq; ad ęqtatẽ cogitationẽ cõuerſus mũeris auctorẽ primũ intruſit: vt quã cæteris pœnã excogitarat: ipſe ſubiret paterẽtq;. De hinc eũ ex tarpeio mõte deiecit: q ſęua gerũt imperia ab eo cognomi nati dicunẗ æmylii. Ita quarto rerũ italicarũ apud Ariſtidẽ ſcriptũ reperies.

De Eueno & Marpiſſa. Cap.lxxii.

EVenus martis & ſtropæ filius ex Alcippa œnomai filia in vxorẽ ducta marpiſſam ſuſcepit filiam: quã virginẽ accurrate ſeruabat. Cæterum apharetus viſam ex chorea rapuit: Pater autem fugientem inſequens cum præhẽdere non poſſet in lycorimã fluuium ſe p̃cipitauit: prout primo rerum italicarum Doſitheus refert.

De Annio & Salia. Cap. lxxiii.

REx tuſcorum Annius egregia forma filiam habuit Saliã noĩe: quã virginẽ cuſtodia p̃cipua tenebat. Catheus nobiliſſim⁹ adoleſcẽs: cũ aliquãdo colludentẽ puellã aſpexiſſet adamauit: vtq; vim amoris continere nõ poſſet raptã filiã romã deduxit: Pater inſequens cum raptorẽ prẹhendere nõ valeret parenſiũ inſiliens fluuiũ ei nomen dedit. Annionem enim poſtmodum appellatũ conſtat. Catheus deinde ex ſalia latricũ creauit: & ſalium a qbus nobiliſſimę ortę ſunt familiæ: ꝓut Ariſtides myleſius & Alexander polyhiſtor tertio rerum italicarum tradunt.

De Hegeſiſtrato. Cap.lxxiiii.

HEgeſiſtratus epheſi⁹ ob tribulis ſui cędem exul delphos pueniens quẽnã locum incoleret deum conſuluit: Cui phœbus reſpondit vbi ſaltãtes videret ruſticos oleaginis coronis ornatos. Itaq; ꝓfectus in aſiam agricolas eleos.i.oleæ ramis coronatos ſaltare cernit: vbi condita vrbe eleontẽ vocauit vt Pythodes ſamius tertio georgicorum reliquit.

De Telogone. Ca.lxxv.

TElogonus vlyſſis & Circę filius ad inueſtigãdũ: patrẽ miſſus deorũ reſpõſis cõmonefactus eſt: vt in eo loco vrbem cõderet: vbi ſaltãtes cum coronis colonos cerneret. Itaq; ꝓfect⁹ in ithacã: q̃dã loco ſũma cũ hũanitate ruſticos ſaltare cõſpexit: pini ramulis coronatos vbi ędificatũ oppidum ex p̃dictæ ſibi coronę appellatiõe priſtinũ noĩauit: a quo declinatũ p̃neſte romani vocitant: vt Ariſtides tertio rerum italicarũ ſcriptum reliquit.

Plutatchi Parallelia Quædam Finiuntur.

In ędibus Aſcenſianis Tertio Calendas Feb.M.D.XII.